tra corpus cū sit cōtra naturam nō possit esse perpetuū. Cum autē  
eo q̄ est per accidēs, prius sit id quod est p se oporteat; etiā aliquę  
substantie

**substantie separate aibus priores p se separate sint oportet.** ¶ **Secundo.** Quicquid de ratione gñis ē: puta aialis de rōne quoq; spēi sit oportet, puta hoīs, nō tñ contra de rōne gñis est quicquid ē de rōne spēi: sicut rōnale de ratione est hoīs: nō aut aialis. Quicquid uero est de rōne spēi & nō gñis: ut rationale: nō est necesse oibus spēibus generis inesse. multe. n. sunt brutorū seu irrationabiliū animalium species. Substantie aut intellectuali cōuenit s̄m suū gen<sup>o</sup> q̄ sit per se subsistens, cū habeat p se operationē. i. intelligere: qd̄ nullū habet organū corporale p qd̄ expleat: imo oportet ab oī corpore eē denudatū: alioquin intelligere nequiret oīa corporata ut deducit ari. sicut nec pupilla uideret oēs colores si aliquē haberet innatū. De ratione uero rei p se subsistētis nō est q̄ alteri uniat̄ alioquin oīs substantia corporea in spē cōpleta uniret̄ alteri: ad cōstituendā aliā in infinitū: qd̄ est insanire. Nō est igit̄ de rōne substantie intellectualis s̄m suū genus q̄ sit corpori unita: & si hoc sit de ratione alicuius substantie intellectualis q̄ est aīa. Sunt igitur aliq̄ substantie intellectuales corporibus nō unite. ¶ **Tertio.** Nam superior in suo ultimo semp̄ inferiorē cōtingit in eius supremo, sicut & in corporibus integratibus mundū superficies cōcaua superioris & cōuexa inferioris adeo se cōtingunt q̄ mathematice siue situ, sūt una: phisice tñ siue subiecto sunt due. Natura aut̄ intellectualis ē corporali superior & eā cōtingit s̄m aliquā partē sui q̄ est aīa rationalis. Oportet igitur q̄ quēadmodū corpus pfectū rationali uel intellectiua aīa in genere corpore: supremū est: ita aīa rationalis: q̄ unitur corpori in gñe substantiarū intellectualiū infima sit. Sūt igitur aliquę intellectuales substantie, nō unite corporibus, superiores aīa s̄m ordinē nature. ¶ **Quarto.** Si quid ī genere quo piā imperfectū inuenitur: ante illud in gñe eodē nature ordine aliquid perfectū sit oportet: perfectū. n. imperfecto natura prius est: q̄ hoc indiuiduum quod modo generatur puta bos aut equus uel homo prius imperfectū sit, deinde uero perfectum: in quolibet tñ genere horum oportet imperfecta a perfectis oriri, non ecōtra: Vnde simpliciter perfecti a sunt priora & actus prior potentia ut patet in .ro. meta. Forme aut̄ q̄ sunt in materis: actus imperfecti sunt: quippe q̄ nō habeāt esse cōpletum. Sunt igitur aliquę forme que sunt actus completi per se subsistentes in completo esse uel specie. **Omnis**

H

uero forma per se absq; materia subsistēs & substātia intellectu-  
 lis: immunitas. n. materie cōfert esse intelligibile cuius signum est  
 quia unūquodq; est cognitiuū magis uel minus s̄m remotionem  
 a materia unde maxime materialia nō cognoscunt uel elementa  
 mineralia & plante: & cōsequenter q̄ est in summo gradu imma-  
 terialitatis: ut q̄ est immateriale in summo gradu cognitionis q̄  
 est intellectuū esse sit oportet, s̄m regulā logicalem: sicut sic ad sic  
 & magis ad magis, ita maxime ad maxime. Sunt ergo aliquę sub-  
 stantie intellectuales corporibus non unite. ¶ Quinto. Substātia  
 sine quantitate esse pōt: & si non econtra: substantia. n. aliorū ge-  
 nerum prima est tēpore ratione & cognitione apud plios. Nulla  
 aut substantia corporea est sine quantitate. Possunt igitur quedā  
 esse in genere substātie absq; corpore omnino. Oēs aut nature pos-  
 sibiles in rerum ordine inueniuntur, aliter. n. uniuersum imperfe-  
 ctum esset, in sempiternis etiā non differt esse & posse. Sunt igitur  
 aliquę substantie absq; corporibus subsistentes post primam que  
 deus est, qui in genere non est: ut per se cōfessum est. & supra ani-  
 mam que corpori unita est ¶ Sexto. Si ex duobus aliquibus inue-  
 nitur aliquid cōpositum & alterū eorū inuenitur per se, quod est  
 minus perfectum: etiā reliquum quod est p̄fectius, & reliquo mi-  
 nus egens per se inueniatur necesse est. Inuenitur aut aliqua sub-  
 stantia cōposita ex substantia intellectuali & corpore, ut, per se, de  
 homine patet: corpus aut inuenitur per se sine natura intellectuali  
 sicut in brutis ac plantis, & in omnibus inferioribus corporibus.  
 Igitur multo fortius substantie intellectuales corporibus non uni-  
 te: inueniantur oportet. ¶ Septimo. Substantiā rei sue operationi  
 proportionatā eē necesse ē: q̄ operatio rei actus fit & bonū substā-  
 tie operantis: maximeq; ea quā immanentem uocant: actus enim  
 in susceptio dispositio & cōuenienti fit oportet. Substantie autē  
 intellectualis operatio propria intelligere est, ut cōfessum est. Igi-  
 tur intellectualē substantiā talem esse oportet: que dicte operatio-  
 ni congruat. Intelligere autē cū operatio sit per organū corporeū  
 nō exercita (nullus. n. plius aut medicus: unq; poruit intellectui or-  
 ganum designare: sed solū fantasie & ceteris sensibus) nō indiget  
 corpore nisi ea ratione q̄ intelligibilia a sensibilibus sumunt: oīs  
 enim nostra cognitio a sensibus proficiscitur ari. & experiētia do

centibus. Hic autē modus intelligendi imperfectus est: perfectus n. est ut ea intelligentur q̄ s̄m suā naturā intelligibilia sunt: q̄ uero nō intelligent nisi ea q̄ s̄m se intelligibilia nō sunt; sed fiunt intelligibilia p̄ intellectum accipientē ac abstrahentē a sensibus imperfectissimus modus intelligendi est. Si igitur ante omne imperfectū in quolibet genere oportet esse perfectum aliquod: ut probatū est: oportet añ aīas humanas intelligētes p̄ dictū imperfectū modum: aliquas eē intellectuales substātiās q̄ ea intelligent, q̄ s̄m se intelligibilia sunt, a sensibus cognitionē minime capiētes: ac per hoc oīno a corporib⁹ separatas. ¶ Octauo ac ultimo argumentatur p̄ rationem aristo. Nam ipse. 12. me. tex. cō. 43. sic argumentatur. Motum continuum regularem & q̄tum in se est indeficientē oportet esse a motore qui nec per se nec per accidens mouetur: propter ea. n. motus animalium non est perpetuus quia mouens .i. aīa per accidens mouetur moto corpore: & cōsequenter mouēs non semper est in eadem dispositione mouēdi: plures etiam motus oportet eē a pluribus motoribus. Motus autē celi continuus & regularis & q̄tum in se est indeficiens est: & preter primum motū sunt multi tales motus in celo: ut astrologorum consideratio manifestat. Igitur esse oportet plures motores qui non moueantur nec p̄ se nec per accidens. Nullum autē corpus mouet motu locali precise nisi localiter moueatur: quippe oportet q̄ impellat uel trahat uel giret: q̄ omnia sine locali motu mouentis minime perficiūtur: motor autem incorporeus unitus corpori mouetur per accidens ad motū corporis: ut de anima liquet. Oportet igitur esse plures motores: qui non moueantur: neq; sint corpora neq; corporibus uniti. Motus autē celestes sunt ab aliquo intellectu, ut infra probabitur. Sūt igitur plures substantie intellectuales corporibus non unite. Quod etiam dio. 4. ca. de di. no. firmat dicens angelos & immateriales & incorporeos esse. Per hoc uero saduceorum positio tollitur: qui dicunt spiritum non esse. Et positio antiquorum naturalium: qui dicebant omnem substantiā esse corpoream. Et positio orige. q̄ nulla substantia post diuinam trinitatem absq; corpore subsistere potest. Et positio multorum aliorum q̄ angeli & boni & mali habeant corpora naturaliter unita.

¶ Punctum quartū. Substantie intellectuales incorporee ab aīa

H ii



hūana specificē distinguit. ¶ Primo. Maior est differētia aīe hūane ad substātiā separātā q̄ unius talis substātie ab alia. Substantie autē separate oēs adinuicē sp̄e distinguit: ut ostendit p̄cto sequēti. Multo igit̄ magis: & substātia separata quā intelligentiā dicunt specie differt ab aīa. ¶ Secūdo. Vnaqueq; res habet propr̄ū eē: s̄m rōnē sue speciei: quorū. n. ratio essendi diuersa est: horū sp̄es quoq; diuersa sit oportet. Esse uero humane aīe & itelligētie nō est unū rōnis: nā in eē substantie separate corp⁹ cōicere nō pōt: sicut in eē hūane aīe pōt: quippe q̄ s̄m esse unū corpi sicut forma matene. Aīa igit̄ hūana ab angelicis spiritib⁹ sp̄e differt. Tertio. Qd̄ s̄m seipm specie habet: cū eo qd̄ s̄m se specie nō habet: eiusdē sp̄ei eē neq;. Substātia autē separata habet p se specie ut liq̄: q̄ pars cōpositi ex m̄ā & forma eē nequit: eēt. n. corporeata uero specie, p seipsā nō habet: sed pars ē hūane sp̄ei. Impossibile est igit̄ q̄ eiusdē speciei sit cū substantiis separatis. ¶ Quarto. Sp̄es rei ex propria operatione percipit: operatio. n. uirtutē & uirtus essentiā demonstrat. Propria autē operatio aīe humane ē intelligere accipiēdo a fantasmatibus & sensibus ut experientia testatur nō autē substātie separate cū non habeat organa corpora in quibus oportet eē fantasmata & sensus unde ē alius oīno modus intelligēdi utriusq;. Nō sunt igitur hec eiusdē nature uel sp̄ei. ¶ Quinto. Vbi sunt partes diuersę & multo fortius ubi unū habet cōpartē & non aliud: nō pōt eē species una quippe cū partiū diuersitate nō stat unitas totius. Sed intelligētia & aīa humana sunt eiusmodi: q̄ aīa habet corpus cōpartē hominis: intelligentia autē est sine corpore ut p̄batū est. Nō sunt ergo unū specie rōnalis aīa & angelus. ¶ Punctū quintū. Sed neq; aliq̄ due intelligētie cōueniunt in una specie: uerū omnes sunt specie differētes. ¶ Primo. Ostēsum est. n. q̄ intelligētie sunt quedā quiditates sine corpore subsistentes. Species autē rei est quā significat diffinitio: q̄ signum est quiditatis rei. Vnde quiditates subsistentes sunt sp̄es subsistentes. Plures ergo substātie separate esse nō possunt nisi sint sp̄es plures. ¶ Secūdo. Quecunq; sunt idē sp̄e, numero uero differunt: materiā habeant oportet: differētia. n. q̄ est ex forma speciei: que uero est ex m̄ā numerū uariat. Substantie autē separate non hnt omnino materiā neq; que sit pars earū neq; cui uniantur ut forme. Igitur plures eiusdē speciei eē est omnino impossibile.

**T**ertio. Nā in rebus corruptibilibus ad hoc in specie una sunt indiuidua plura ut natura speciei que ppetuo in uno indiuiduo saluari nō pōt:saluatur in pluribus:unde etiā in corporibus incorruptibilibus:in specie una nō est nisi indiuiduū unū:ut unus sol una luna. Substantie nero separate natura in indiuiduo uno perpetuo saluari pōt:quippe incorruptibilis est:ut alias probatū est. Nō igit oportet esse in eis indiuidua plura sub specie una. ¶ Quarto. In unoquoq; id quod est speciei eo quod est indiuiduationis principium nobilius est:preter rationē speciei existēs. Igitur specierum multiplicatio plus perfectionis plusq; nobilitatis uniuerso addit quam multiplicatio indiuiduorum in specie una. Perfectio autem uniuersi maxime consistit in substantiis separatis. Magis igitur competit ad uniuersi pfectionē q̄ plures sint substantie s̄m speciem diuerse q̄ q̄ in eadem specie multe sint s̄m numerum.

¶ Quinto. Corporibus celestibus intelligentie potiores sunt & perfectiores. In corporibus autē celestibus propter eorū perfectionem nō inuenitur in specie una nisi indiuiduū unū:rum q̄ unūquodq; eorum cōstat ex materia tota sue specieitū quia in indiuiduo uno est perfecte uirtus speciei ad cōplendum illud in uniuerso ad qd̄ sua species ordinatur:sicut in sole & iuna precipue patet. Multo igitur magis in substantiis separatis:non inuenitur nisi indiuiduū unum in specie una.

¶ Quid de substantiā incorporeatū seu intelligentiarum natura ac numero philosophi senserint:precipue plato & aristoteles. Capitulum. viii.



Via uero iam ali quas intelligentias aut angelos esse mōstrauimus superest. ut etiā de numero eorū aliqd̄ dicamus:sic.n.etiā plenius diabolica figmenta detegemus:quod in toto hoc opere est nostrum principalius institutū. Hoc autem multis punctisfaciemus: prius tamen gentilium falsas opiniones prelibantes.

¶ Punctū primum, De natura rerū qui primo. i. añ oēs alios philosophari ceperūt: sola corpora in rerū natura esse existimātes: prima rerū principia corpora aliqua siue elementa posuerat unū; aut plura, quibus omnibus eorumq; sequacibus uidebatur nullas esse substantias incorporeas:quas nos angelos dicimus: sed eorū

quisq; illud idem elementū cui auctoritatem principii ascribat  
 deum putauit:uerum; Epicurei ex doctrina democriti originem  
 trahentes, posuerunt quosdā deos corporeos quidem: sed tamen  
 in effigie humana:& penitus ociosos, nihil curantes, ut fruendo  
 uoluptatibus beati essent. Huic autem opinioni antiqui restiterūt.  
 Anaxagoras enim primus, & si cū ceteris naturalibus phis:princi-  
 pia corporalia poneret. Primus tñ inter philosophos posuit rerū  
 incorporale principium. i. intellectū, credēs corporalia omnia que  
 sunt cū essent mixta nō posse distinguī: nisi per omnino immixtū  
 nihil habens cōe cum reliquis. Licet aut opinio hec ceteris uerior  
 sit: que solū materialē naturam ponebant: tñ a ueritate multipli-  
 ter deficit. Et quidē primo quia unicū intellectū posuit qui mū-  
 dum fecit distinguendo cōmixta: qui est deus: & consequenter de  
 angelis nihil edocuit. Secūdo quia intellectū illum nō posuit uni-  
 uersale essendi principii: uerum distinguendi solū: quippe qui nō  
 dicebat corpora cōmixta ab eo intellectu esse: sed solū distingui:  
 unde iste suus intellectus uidetur fuisse similis in officio intelligē-  
 tie que mouet primum celum uel certe solem: que herbas in ele-  
 mento terre confusas & cōmixtas: inde educendo distinguit. Pre-  
 ter hoc tamen debuisset alium intellectū posuisse: qui res commi-  
 xtas effecisset. ¶ Punctū secundum. Contra hanc autem opi-  
 nionem primorū philosophorū naturalium: sufficientiori uia pla-  
 to processit, dicēs naturas quasdā a materia fluxibiliū separatas: in  
 quibus ueritas fixa resideret: quibus herendo humana aia cogno-  
 sceret ueritatē: cōtra sententiā antiquorum: qui omnes cōcorditer  
 asseuerabant certā rerum ueritatē minime posse sciri: & corpora-  
 lia in fluxu iugiter essent, ac perinde sensus nostros decipi: qui so-  
 la corpora discernūt. Posuit autē plato duo rerū genera a sensibili-  
 bus abstracta mathematica. s. ut quantitates: & uniuersalia que di-  
 cebat species uel ideas: & id ea ratione quia existimauit aliqua ita  
 esse abstracta & subsistētia in re: sicut sunt in nostri intellectus ap-  
 prehensione: qui id quod in sensibilibus est sine sensibilibus app-  
 hendit, ut hominem sine hoc & illo hoīe puta sorte & petro: qđ  
 quidem intellectus noster dupliciter efficit: primo uidelicet abstra-  
 hendo mathematica a materia sensibili: ut dum superficiem sine  
 colore speculatur uel abstrahendo uniuersalia a singularibus ut

hominē a socrate & platone. Mathematica autē posuit media itē species & sensibilia: q̄ cū illis conueniant in esse separata, & cum his inesse plura in specie una, possumus enim i mathematicis plura apprehendere unius speciei: puta duas lineas equales: quod nō est in speciebus: quippe homo in uniuersali & s̄m specie est unus tm̄. In speciebus quoq; talem ordinem statuit: ut q̄ in intellectu simplicius erat: etiā in rerum ordine prius esset. Itaq; primum rerum principium & deū summū dicebat primā ideā unius: qd̄ nominabat s̄m se unū, & s̄m se bonū, quia primum quod est in itellectu inquitur est unū & bonū: quippe qui non intelligit unum & bonum nihil intelligit: unum autē & bonū se consequuntur. Sub hoc autē uno primo diuersos ordines participantū & participatorum statuebat in substantiis a materia separatis: quos quidem ordines omnes deos secundos dicebat: quasi quasdam unitates secundas post primā & simplicē unitatem. Rursus quia omnes alie species participant uno: ita etiā intellectus, ad hoc q̄ intelligat, oportet entium speciebus participet: unde sicut sub uno deo qui ē unitas prima simplex, sunt alie rerū species quasi unitates secunde & dii secundi: ita sub ordine harū species: seu unitatū ponebat ordinem intellectuū separatō: qui supra dictis speciebus participarēt ad hoc q̄ actu intelligentes forent inter quos tanto quisq; erat superior: q̄to primo intellectui propior, qui specierū participationem plenissimam habere dicebatur, sicut & in diis, & unitatibus: tanto quisq; erat superior q̄to unitatē primam perfectius participabat. Nec tamen per separationem intellectuum a diis excludere uolebat intelligentiā qua intelligentes essent, sed uolebat q̄ super intellectualiter intelligerent per seipos: & non participatione specierum: ita tamen q̄ nullus esset unus uel bonus: nisi primi unius & boni participio. Tertiū quoq; ordinem statuebat animarū, quarum superiores tm̄ intellectiuam uirtutem participarent, non. n. anima intelligit ex eo q̄ anima. Alioquin intelligeret anima oīs: & anima secundum totum id quod est: esset intellectus: cuius contrarium experimur: quippe nec bruta uel plante intelligunt: nec in homine uires sensitiue aut regetatiue sunt intellectus. Sub animarum uero ordine quarum proprium dicebat mouere se s̄m se ipsas: ordinem corporum ponebat: q̄. s. per se non moueātur nisi

stata sint: ut p se moueri accidat corpori nō ex eo q̄ corpus sed q̄  
 aiatum sit: q̄ uero carent aia ab alio moueantur. Supremū tñ cor-  
 porum. i. primū celū. primo motu rotatū dicebat motū ab supre-  
 ma aia participare & sic deinceps usq; ad infimū celestiuū corpo-  
 rum. Sub hiis apud corporibus posuere platonici alia corpora imor-  
 talia: q̄ apud eos ppetuo aias participabāt scilicet aerea uel etherea  
 quorū corporū q̄dam dicebant a terrenis corporibus penitus abso-  
 luta q̄ dicebant corpora demonū: quedā uero terrenis corporibus  
 inditauit corpus quod dicebāt habere aiam nostrā incorruptibile  
 & inuisibile cū quo est & habitat in corpore isto terreo quod ge-  
 ramus sicut naua in naua est. Nō. n. ponebant hoc corpus qd̄ ui-  
 demus immediate participare aiam. Dicebat uero plato hominū  
 ac demonū quosdā bonos & quosdā malos eē: sed celestes aias  
 & intellectus separatos. & deos oēs bonos esse firmabat. Igitur  
 plato inter deū summū & nos quattuor rez̄ ordines statuebat uel  
 potius somniabat: scilicet secundoꝝ deoꝝ: intellectuū separatorū  
 aiarum celestiuū & demonū: qui ordines uniuersi angeloꝝ nomie  
 censerentur, si uera docuisset: quippe & demones in scriptura ange-  
 li dicuntur: uerū sathan: ipse etiā celestiuū corporum aies: tñ aia  
 sunt: de quo alias inter angelos cōnumerande sunt: ut in enche-  
 aug. diffiniuit. Ex hac narratione liquet q̄ substantiatū immate-  
 rialitū multitudinē copiosam ualde plato crediderit. Huius autē pla-  
 tonice positionis radix efficacitā nō habere: manifestū est. Non. n.  
 est necesse ut ea q̄ separatim intellectus cōcipit & intelligit: separa-  
 tim etiā in rerū natura cōsistant: ceu intelligimus hoīem nō intel-  
 lecto colore uel calore aut frigore: qui tñ sine hiis esse nequit. Vñ  
 nec uniuersalia puta hoīem equū, ceruū: oportet ponere separata  
 extra singulares hoīes: aut ceruos: subsistētia: & similiter nec  
 mathematica preter sensibilia: quippe uniuersalia sunt essentie ip-  
 sorum particulariū & mathematica quedā sunt corpoꝝ sensibili-  
 um terminationes: & ut dicunt accidētia. ¶ Punctū tertium. Et  
 iō nature miraculū ac stupor ari. manifestiori & exploratori uia  
 ad substātiā separatas uestigandas incesit p uia. s. motus: conclu-  
 dens cū oē qd̄ mouet moueat ab alio & nō eatur in infinitū: stan-  
 dum in uno primo mouente immobili: & in uno primo mobili  
 qd̄ mouet se: & ulterius intendēs cōcludere celestis motus eterni

tatem. & cōsequenter infinitatē uirtutis mouentis primi (nihil. m. eterno mouet nisi infinita uirtus) & cōsequēter eius imaterialitatē cū nulla uirtus in magnitudine infinita sit: unde oportet apud ipsum primū motorē esse incorporeū. Item cū in genere mobilium appetibile sit mouens nō motū: appetens uero & mouēs & motū cōcludit q̄ primū mouens imobile: ē sicut bonū quoddā appetibile: & q̄ primū mouens seipsum est primū mobile: quod mouet per appetitū quo appetit primū mouens. Qui equidē appetitus intellectualis est: quippe cū in genere appetibiliū & appetentiū primum est qd̄ est s̄m intellectu: quia appetitus sensitiuus nō pōt attingere s̄m se bonū. seu simpliciter & absolute, cū tale non cadat sub apprehensione sensus: uerū solius intellectus. Igitur primum mobile & appetens & intelligens est. & cōsequenter est corp⁹ animatum aīa intellectuali: quia nihil mouetur nisi corpus: cōsequenter aut̄ oīa celestia corpora citra primū erunt animata, aīa ppria, & habentia unūquodq̄ suū appetibile separātū quod est proprius finis sui motus, quia unūquodq̄ eorū mouetur eterno motu sicut & primū. Sic igitur s̄m opinionē ari. sunt multe substantie separate, nullis penitus unite corporibus, que fines sunt celestiuū motuū, sunt & multe intellectuales substantie celestibus corporibus unite. Harū aut̄ numerum ari. inuestigare conatur s̄m numerū celestiuū motuū: seu celestiuū lationū. Quidam tñ sectatorū eius: auicena. s. harum numerū assignat, nō quidē s̄m motuū numerū, sed magis s̄m numerū planetarū & aliorū superiorū corporū. i. stellati & sine stellis, orbiū: q̄. s. multi motus ordinari uideantur ad unius stelle motū. Et quēadmodum oīa reliqua celestia corpora, sub uno primo celo cōtinentur, cuius motu oīa alia reuoluūtur: ita quoq̄ sub prima substantia separata, que deus unus est: oēs reliquę separate substantie ordinētur oportet, & sic etiā sub anima primi orbis anime oēs celorū & orbiū secundorum. Sub corporibus autē celestibus s̄m ari. ponuntur animata, sola corpora animalium, & planarū: non aut̄ elementorū: ut quidā posuere. Et sic nullum corpus animatū inter nos & celū. Arist. posuit: quippe s̄m eū nullum elementū aiatum est, consequenter aut̄ inter nos & deū solum duplicē ordinē intellectualium substantiarum esse putauit, aiarum. s. celestiuū celestia corpora per appetitum & desideriuū mouētium: &

I

earum substantiarū separatarū q̄ fines sunt celestium motuum.

**¶** Punctū quartū. Et quidē hec positio aristotelis platonica cer-  
 rior uidetur: q̄. s. ab his q̄ sensui manifesta sunt parū secedat: eadē  
 tñ minus sufficientior uidet. Et primo quidē q̄ multa s̄m sensum  
 uideantur: quoꝝ ratio reddi pōt minime s̄m ea q̄ ab ari. tradūtur  
 ut patet in hominibus energuminis seu arreptis a diabolo: & in  
 operibus magorum in quibus aliqua fiunt que nō nisi ab intel-  
 lectuali substantia fieri possunt. Tentauerunt igitur quidā sectato-  
 res aristo. ut ex epistola porphirii ad eubontē egiptium uidere li-  
 cer: ad celestiū constellationū influxus ista reducere: quod in qui-  
 busdā eoz̄ minime posse fieri manifestū ē: q̄ nō nisi ab intellectu p̄-  
 ficisci p̄nt: ut q̄ idiota arrepti<sup>9</sup> latine loquat: uel de ignotis sciētis  
 aut disciplinis uel iusta uulgare alteri<sup>9</sup> gētis sibi iauditū: uel q̄ ope-  
 ribus magoz̄ facte imagines loquant respōsa dātes aut ēt se mo-  
 ueāt: hoz̄ at oīm causa s̄m platonicos assignabit si p̄ demones fie-  
 ri dicant. Et. 2. q̄ congruū nō uidetur immateriales substantias ad  
 numerū corporaliū substantiaz̄ coartari: quippe rō finis ex his q̄  
 ad finē sunt cōueniēter nō accipitur: sed ecōtra inferiora at̄ p̄pter  
 superiora eē quasi propter finē: nullus dubitat cū propter nobili<sup>9</sup>  
 ignobilis sit. Vnde uirtus & magnitudo superior̄ non accipitur  
 cōgrue ex inferior̄ contēplatione: ut celestiū corpoꝝ magnitudo  
 ac numerus ex elementariū corpoꝝ dispositione: q̄ ad illa cōpara-  
 ta quasi sunt nihil in quibus tot sunt species quot sydera. Numer<sup>9</sup>  
 aut̄ uirtus & dispositio substantiarum immaterialiū longe magis  
 substantias corporales excedit q̄ celestia corpora reliqua excedāt.  
 Vnde numerus uirtus ac dispositio imaterialiū substantiaz̄: ex ce-  
 lestium motu uel corpoꝝ numero apprehēdi p̄fecte non potest.

Quod ut euidentius cōstet ipsum p̄cessum aristotelice p̄bationis  
 assumamus. Assumit. n. primo q̄ nullus motus esse pōt ī celo: nisi  
 qui ad alicuius stelle delationem ordinatus sit: quod equidem  
 satis probabiliter dictū est: oēs. n. orbium substātie esse uident̄ pro-  
 pter astra: q̄ inter celestia corpora & nobiliora & manifestiorē ef-  
 fectum habentia sunt. Assumit deinde q̄ oēs substantie superiores  
 impassibiles & imateriales fines sunt: quippe que optima quedā sunt  
 quod itidem rationabiliter dictū est: nam bonum habet rationem  
 finis: unde per se optima in entibus fines sunt aliorum necesse est.

Quod uero concludit hunc esse numerū substantiarū immate-  
 rialium: qui est celestium motuum: ex necessitate non sequitur: est  
 enim finis proximus, est & finis remotus: nec oportet finem proxi-  
 mum supremi celi esse substantiā primam immaterialē que deus  
 est op. maxi. uerū id probabilius est: inter deū & primum orbem  
 multos esse immaterialiū substantiarū ordines: quarum inferior  
 ad superiorē ut ad finem ordinetur: & ad eam infimam ordinē  
 proxime primus celestis orbis. Oportet. n. rem quālibet suo proxi-  
 mo fini esse cōgruentē ac proportionatam quoquomodo: unde  
 propter maximā imo infinitam distantiam prime imaterialis sub-  
 stantie ad primum orbē corporeū & aliud corpus omne: non est  
 probabile q̄ primus orbis ordinetur ad primā immaterialem sub-  
 stantiam: sicut ad proximum finē alicuius celestium motuum: sed  
 ad quādam intelligentiā creatā: & idem de inferioribus celestib⁹  
 motibus dici potest. Igitur necessariū non est nō esse plures ima-  
 teriales substantias: q̄ sit numerus celestium motuum. Quod ē ipse  
 ari. presertiens & preuidens: non induxit hoc quasi necessariū: ne-  
 rum quasi probabile dictum: dicens: tot rationale est susciperet  
 necessarium. n. dimittatur fortioribus dicere. Nō enim se reputa-  
 bat idoneū: qui posset in talibus aliquid ex necessitate cōcludere.  
 Posset etiam alicui uideri dictum processum ari. ad substantias im-  
 mortales astruendas insufficientē & incōgruū esse: quippe qui p-  
 cessit ex sempiternitate motus: que falsa est: cum fidei ueritati repu-  
 gnet: uerū si quis eius rationē solerter inspiciat: etiā motus eterni-  
 tate sublata processus nō tollitur: quippe sicut ex motus eternita-  
 te motoris infinita potentia concluditur: ita idē ex motus unifor-  
 mitate concludatur oportet. Motor enim qui semper mouere nō  
 potest: necessario. quandoq; tardius: & quādoq; citius mouet: se-  
 cundum q̄ paulatim motiua uirtus eius expirat. In motibus  
 autem celestibus omnimodo uniformitas est. Vnde utiq; con-  
 cludi potest q̄ motori primi motus ad semper mouendum uir-  
 tus in sit: & consequenter idem sequatur oportet. ¶ Punctum  
 quartum. Ex dictis facile deprehendi potest plato & Aristoteles  
 in quo consonent. & in quo dissideant quantum attinet ad sub-  
 stantias immateriales. Cōueniunt. n. primo in modo existendi ip-



farum. Nā plato oēs immateriales substantias inferiores citra pri-  
 mam: dixit esse unum & bonum participatione primi: quod s̄m  
 se est unū & bonum: omne autē participans aliquid ab eo accipit a  
 quo participat: & q̄tum ad hoc effectus eius est: sicut aer habet lu-  
 men participatū a sole: qui causa est illuminationis aereae: & conse-  
 quenter apud pla. summus deus oībus substantiis immaterialibus  
 causa est q̄ earum quelibet & una & bona sit. Quod etiā ari. sensit  
 quippe qui dicit necesse eē: ut quod maxime ens est: aliis effendi  
 causa sit. ¶ Coueniunt. 2. q̄tum ad naturalē ipsarū qualitātē seu cō-  
 ditionem: quippe uterq; has substantias a materia immunes astru-  
 xit: non autē a cōpositione actus & potentie. Quicquid enim ens  
 participat ex potentia & actu cōpositum sit oportet: quia quod re-  
 cipitur ut participatū: actus sit participantis oportet: & consequen-  
 ter cū oēs substantie preter primā sint participantes apud plato.  
 oēs ex potentia: & actu esse cōpositas oportet. Quod itidē dicere  
 apud ari. necesse est: quippe qui dicit rationem ueri & boni actui  
 cōgruere: unde q̄ est primū uerū & primum bonum actus: purus  
 sit oportet: ab hoc uero que deficiunt permixtionem potentie ali-  
 quam habeant oportet. ¶ Coueniunt. 3. in ratione prouidentie.  
 Nā apud plato. summo deo: qui id quod est ipsum unū & ipsum  
 bonum est: ex primeua bonitatis ratione propriū est: inferioribus  
 cunctis prouidere: & inferiorū cuiq; in quātum primi boni rōnem  
 participat: prouidere his qui post se sunt: non eiisdē ordinis mo-  
 do: uerū etiā diuersorū: & consequenter primus intellectus separa-  
 tus: toti ordini separatō: intellectuū prouidet: & superior quilibet  
 suo inferiori: totusq; dictus ordo animarū ordini & inferioribus  
 ordinibus prouidet: rursusq; idē obseruari putatur in ipsis anima-  
 bus: ut supreme quidē uidelicet celorū: inferioribus animabus prouideant.  
 & toti inferiorū corporū generationi: item superiores aīe  
 demonum. s. inferioribus .i. animabus hominū: astruebant enim  
 platonici demones inter nos & superiores substantias esse media-  
 tores. Ab hac uero prouidentie ratione: etiam ari. non discordat  
 ponēs bonum unū separatū: quod oībus prouidet: sicut unū ipe-  
 ratorem uel regē: sub quo diuersi rerum ordines sunt: ita uidelicet  
 q̄ rerum ordines superiores perfecte ordinē prouidentie assequū

tur: in eis defectus ullus minime inueniatur: inferiores uero illum assequuntur minus perfecte: unde multis defectibus subiaceret quemadmodum in priuata domo liberi qui perfecte assequuntur regimen patrisfamilias: deficiunt in paucis aut etiam in nullis: seruorum autem actiones in pluribus deficiant oportet: unde in corporibus inferioribus naturalis ordinis defectus: quod plures emergunt: in superioribus aut corporibus. i. celestibus minime. Propter quod etiam plato demonum quosdam bonos: quosdam uero malos astruxit: sicut & homines: deos uero & intellectus & celestes animas omnino absque malitia esse. Sunt uero alia in quibus predicti duo philosophi dissident. ¶ Primo quidem quia ut etiam supra dictum est: supra celestes animas dupliciter substantiarum immaterialium ordinem plato astruxit intellectus. i. & deos quos omnes asserbat esse species intelligibiles separatas: quare participatione intellectus intelligunt. Ari. uero universalis separata non ponens unum solum ordinem re: supra celos animas astruxit: in quo etiam ordine primum esse posuit summum deum: sicut & plato summum deum primum dixit in ordine specierum: quasi summus deus sit prima idea unius ac boni. Hunc autem ordinem ari. utrumque habere astruxit: ut scilicet & intelligens & intellectum esset siue species intellecta: ita uidelicet quod summus deus intelligeret non superioris alicuius participatione: quod perfectio eius esset: sed per suam ipsam essentiam: & idem dicendum esse existimauit in ceteris substantiis separatis sub deo summo ordinatis: preter id quod in quantum a primi simplicitate deficiunt & eius perfectione summa eorum intelligere superiorum participatione perficitur. Sic igitur secundum ari. huiusmodi substantie: que sunt fines celestium motuum: sunt etiam intellectus intelligentes: & intelligibiles species: non tamen eodem modo species quo plato species posuit quas uidelicet existimauit esse horum sensibilium naturas sine materia subsistentes: sensit enim arist. quod sint omnino altiores. ¶ Secundo uero quia plato intellectu separato: numerum ad numerum celestium motuum non coartauit: non enim ex causa ista ad eorum positionem mouebatur: sed ipsam rerum naturam secundum se considerans. Aristoteles uero a sensibilibus recedere recusans: ex sola motuum consideratione ad ponendas substantias separatas deuenit: ideoque numerum earum celestibus motibus coarptauit. ¶ Tertio autem quia ari. inter animas celos & hominum medias animas non posuit: sicut

posuit plato: unde nec ipse ari. nec sectatores ari. de demonib' qd'q' terigere. Et hec quidē de opinionibus aristo. & platonis.

¶ Punctū quintū. Quid uero de substantiis separatis alii phi senserint, dicendū est q' eorū qui plato. & ari. sequuti sunt: quidam ab eorum positionibus declinantes errarunt indeterius circa eiusmodi: q'tum ad conditionē siue naturā originē & prouidentia. Et q'tū ad naturā quidem auicebron in libro fontis uite contra ea q' superioris demonstrata sunt: existimauit oēs substantias sub deo ex materia & forma cōpositas: deceptus primo q' sicut in intellectu ex genere & specie res cōpositas uidit: existimari i re itidē eē: deinde uero q' eē subiectū & receptiuū eodē modo in oībus dici crediderit.

¶ Quantū ad originē uero errarunt quidā dicentes hmōi substantias causam effectiuā sui esse nō habere: quidā uero alii q' habeāt quidē causam: sed non a primo principio oēs immediate: quidam quoq' existimarunt eas oēs a primo principio immediate quidē habere esse: non autē uiuere & intelligere: sed hec inferiores a superioribus habere: quidā uero eorū processum immediatū a primo principio seruare uolentes. dixerunt eas oēs a deo immediate processisse: & iuicē equales qd' sensit origenes. Quidā uero circa eorū prouidentia errantes: eis singulariū rerū cognitionē subtraxerūt. Omnes tñ pdictos errores manicheorū error lōge transcendit: re: originē non reducentes in unū principiū sed in principia duo bonorum. s. & malorū: & utrūq' corporale: bona. s. in lucē infinitā corpoream quidē: sed tñ uim intellectiuā habentē: & mala in infinitas quasdam corporeas tenebras: & cōsequenter etiā errantes circa prouidentia oīa non sub uno principio sed sub cōtrariis stantes: unde in oībus pdictis articulis .s. cōditione origine & prouidentia aberrarūt. Et quidē ualde irrationabiliter. Nihil. n. agere potest nisi quatenus ens aliquid in actu est: quia unū quodq' quale ipsum est tale agit alterū: agitur autē alterū ex hoc q' in actu sit siue nunc primo est. Nihil igitur uel agit uel agitur: nisi inq'tum bonum est: quippe bonū dicit aliquid ex hoc q' actū & propriā pfectionem consequitur: malū uero quia his priuatur. Inq'tum aut aliquid ē malū intantū ab eo quod est pfecte agere uel agi deficiēs est: sicut edificatorem malū dicitur in arte edificatoria deficiens sit & malam domum aut structurā: q' pfectionē ppriam nō attingat. Pre-

64  
tereā & si forma corporis intelligendi uirtutem habere possit  
ut aīa rationalis: ipsum tamen corpus: hanc hīc uirtutē omnino  
īpossibile ē: quippe intellectus nec corpus nec corporis actus est:  
alioquin non esset omnium cognitiuus ut in. 3. de anima pbauit  
ari. Si igit primū principiū habet intellectū: ut supra probatū est:  
& sentiunt oēs sane mentis hoīes neq; lux corporea neq; corpus  
aliquid sit oportet. Et preterea non potest esse principatus & regi  
men: malū inq̄tum est malū: q̄ bonū habet rationē finis: in quē. s.  
aliquē finē oīs gubernatio tendit: s̄m cuius rationem q̄ sunt ad fi  
nem in eū ordinant. Omnis igit gubernatio est s̄m rationē boni:  
consequenter aut nō potest eē regimen malū inq̄tum est malum  
Frustra igitur posuerunt duo predicta regna aut etiam principia.  
Videtur autem hic error quēadmodum & alii predicti precessisse:  
ex eo q̄ ea que circa particulares causas considerant: in uniuersa  
salet̄ rerum omnium causam transferre conati sunt: sicut quia uide  
runt cōtrarios particulares effectus: ut calefactio & frigefactio  
num: a contrariis particularibus causis effluere: hunc cōtrarioꝝ a  
cōtrariis processum putarunt usq; ad prima rerum principia mi  
nime cessare: que bonum & malum crediderunt: sub quibus uidē  
tur cōtineri contraria omnia: cum eorum semper alterum sit defi  
ciens: ut nigrum & alterum perfectum: ut album. Verum in con  
trarioꝝ consideratione defecere: quippe sicut habent contrarias  
causas proximas ex eo q̄ specificis differentiis secernuntur: ita com  
munem rationem generis qua conueniunt habeāt oportet. Causa  
autem q̄to communior & ad plura se extendens tanto superior  
est. Contraria igitur prima principia non sunt: uerum potius om  
nium unam communem causam esse oportet.

¶ Quid de intelligentiarum: natura & numero  
habeat philosophia uera: & christiana traditio.  
Capitulum nonum.



Via iam esse intelligentias: id est incorporeas & in  
tellectiuas separatas substantias monstrauiamus: nec  
non quid philosophi multipliciter aberrantes: de eae  
numero & naturali cōditione p̄senserint: nūc iā cir  
ca predicta s̄m uere phie principia & christiane reli

gionis documētā: ueritatē edoceam⁹ oportet: & qđ multis pñctis

**P**unctū primū. Quantū ergo ad cōditionē & naturales pprie-  
tates attinet: quidā ex christicolis angelos corporeos astruxerūt: &  
ex materia formaq; cōpositos; quod i primis sensisse uidet orige.  
in periarchon quidā uero dixerunt eos quidē incorporeos eē, ue-  
rum ex materia formaq; cōstantes. ut auicebron in libro fontis  
uite. tñ sm ueram phiam: & incorporei & immateriales sūt: ut ex  
his patuit que supra capite. 3. & 4. deduximus. Quod etiā diuine  
littere & diuinarum litterarū tractatores astruxerunt. Quod enim  
incorporei sint liquet per illud, quia spiritus dicuntur. hebre. i. oēs  
sunt administratorii spūs. & in psalmo. qui facit angelos suos spi-  
ritus: noie aut spiritus in diuinis litteris aliquid incorporeum de-  
signari consueuit: sm illud io. 4. spūs est deus. & isay. 31. equi eo-  
rum caro, & non spūs. Ex uerbis etiā diuinarum scripturā: id ha-  
beri pōt, qđ sint angeli nō incorporei modo: uerū etiam omnino  
imateriales. Nam eos uirtutes littere diuine appellāt sm illud  
psalmi. Benedicite dño oēs uirtutes eius. & Luc. 21. uirtutes celoꝝ  
mouebuntur: quod de sanctis angelis; doctores oēs exponunt.  
Nullum aut materiale uirtus est: uerum potius uirtutē habet: sicut  
nec est essentia quam uirtus sequitur: sed essentiā habet: ceu homo  
non est sua essentia siue humanitas, sed id est quod humanitatem  
habet. Vtrūq; etiam eoꝝ. s. angelos & incorporeos & immateria-  
les esse: tenuisse dionisium. 4. ca. de di. no. patet: ubi eos a materia  
mundos astruit: & in primo ca. cel. hier. ubi eos incorporeos dicit  
unde frequēter eos dicit celestes itellect⁹: seu diuinas mētes, qđ ali-  
quid & incorporeū & imateriale sonat: ut. 3. de anima probatur.

**P**unctū secundū. Quantū uero ad originē atinet supra omnes  
a deo factos supposuimus: sicut & omnē aliā creaturam qđ ex phi-  
losophicis demonstrationibus quibus oīa ab uno esse probantur  
astruere potuissimus: ex diuo tho. & aliūde nisi mihi esset breuita-  
tis cura precipua. Religio aut christiana firmissime docet eos oēs  
a deo esse productos: ut de sum. tri. & si. ca. firmiter unus de⁹ eter-  
nus pater & filius & S. S. sua omnipotēti uirtute simul ab initio tē-  
poris: utraq; simul de nihilo condidit creaturā spiritualē & corpo-  
ralem angelicam uidelicet & mundanam, ac demum humanam  
quali communem ex corpore & spiritu constitutam. Quod etiam

diuinis litteris probatur quia in psal. dicitur. Laudate eum oēs an-  
geli eius: & enumeratis aliis subditur: quia ipse dixit & facta sunt.  
Vnde & dio. 4. ca. cel. hier. dicit celestes substantias esse primo & mul-  
tipliciter in participatione dei factas. & in 5. ca. de di. no. & expres-  
sius. 4. ca. cel. hier. dat intelligere quod a deo immediate oēs sunt pro-  
ducti: dicens quod super omnia bonitas unquamque se constituit in or-  
dine qui competit sue nature. Repugnat uero christiane pietati si di-  
catur cum platonice & peripatheticis: eos a summa quidem deitate ori-  
ginem traxisse: sed tamen ab eterno: quippe qui dicit eos incepisse postquam  
aliquam non fuerant: unde isay. 40. Leuate in excelsum oculos ue-  
stros & uidete quis creauit hec. scilicet superiora omnia. Et ne id intellige-  
tur de corporibus celestibus solum: subditur. Qui adducit. scilicet ad esse  
de non esse militiam celi. id est spiritualium & celestium substantiarum exer-  
citurum quem sic scriptura nominare consuevit propter ordinem earum  
& uirtutem in exequendo que deo placuerunt iuxta illud luc. 2. facta  
est cum angelo multitudo militie celestis: unde dio. 10. ca. de di. no.  
dicit quod ea que in scripturis dicuntur eterna: non oportet simpliciter  
intelligere coeterna deo: qui est ante eum: quia eterna dicit ea que in-  
corruptibilia sunt: quod de substantiis spiritualibus precipue dictum  
uidetur. Quando autem sint creati ex scriptura expresse non habentur  
tamen quod post corpora non sint creati ratio suadet. Neque enim decuit perfectio-  
ra simplicia posterius creari: unde & in principio gen. ubi res crea-  
tio describitur: celum quod dignius est terre antefertur: cum dicitur.  
In principio creauit deus celum & terram. Quod etiam scripture aucto-  
ritate firmatur. Nam ex illo uerbo iob. 38. cum me laudarent astra  
matutina: & iubilarent omnes filii dei. Aug. 11. de ci. dei arguit: quod iam  
erant angeli quando facta sunt astra. id est 4. die: nec sunt inquit facti  
3. die: quia quid tunc factum sit patet: quia scilicet terra ab aquis discreta est  
nec secunda quod tunc firmamentum factum est: & subdit quod sunt illa lux  
que diei nomen accepit. Igitur secundum ipsum cum rebus corporeis crea-  
ti sunt: & ipsius celi nomine signatur cum dicitur in principio creaf-  
se deum celum & terram: forma uero eorum perfectioque lucis pro-  
ductione denotatur: ut idem super gen. ad lit. astruxit. Sed ut dama-  
s. libro testatur: quidam angelos genitos ante omnem corporee  
materie creationem asseruere: quia ut grego. theologus dixit: deus  
primum excogitauit angelicas uirtutes: & celestes: & eius excogi.

K

tatio eius opus fuit. Et huic sententie ipse damascōsentit: & sequit̄ hieronim⁹ dicti gregorii nazāzeni discipulus super epi. ad titum. sic dicens. Sex milia necdum nostri temporis cōplentur annorū & q̄tas prius eternitates q̄ta tempora q̄tas origines seculorū fuisse arbitrandum est: in quibus angeli: troni & dominationes: ceteriq̄ ordines seruiert̄ deo: absq̄ tempore uicibus atq̄ mēsuris: & deo iubente substiterunt. Neutrum aut̄ sane doctrine contrarium fore diuus tho. attestatur: quippe nimis presumptuosum uideret̄ asserere tantos ecclesie doctores a sana doctrina pietatis deuiasse: quod dictum diui tho. uerum subintellige pro eo tempore quo illi ita scripseret: sex post factō tū sane fidei illud repugnat: cū iam ecclesia oppositum credat & statuerit. s. spiritualement. i. angelicam corporalemq̄ naturam simul creatam de sum. tri. & fide catho. firmiter.

**¶** Punctum tertium. Quantum aut̄ ad distinctionē eorum attinet q̄tum quidem ad naturalia supra dictū est q̄ oēs specie differunt: & cōsequenter naturales proprietates habeant differentes oportet q̄. s. speciem cōsequantur: sicut alia est qualitas propria ignis: calor uidelicet, alia aeris: quia humiditas: alia aque: quia frigiditas: & alia terre. i. siccitas: q̄tum uero ad gratuita & uoluntaria dicitur cap. sequenti: q̄ quidam eorū boni & quidam mali sunt: licet deus oēs fecerit bonos: ipsorū uero quidam se sua uolūtate fecerint malos.

**¶** Punctum quartum. Quantum uero ad numerum intelligentiarum s̄m uerā philosophiā & christianam pietatē sunt lōge plures q̄ philosophorū: quisq̄ potuerit uel somnare quidē: ut lumine fidei suffragante christiani tractatores dixerunt & cū philosophice tū etiam theologice ex diuinis litteris probarunt. Quāobrem anteq̄ id probemus illud notandū est in primis: ut etiā patet ex his q̄ superiore capite dicta sunt: q̄ ab intelligentiarū p̄fecta notionē: humana aīa longe deficiat oportet: quippe que ad intelligentias que ex natura notissima quedā sunt, eo modo se habet quo etiā ad lumen & iubar solis oculus noctue: q̄ non nisi in obscuris graditur & uidet: ut. z. metaphysice docuit ari. unde ut idē in. xi. de animalibus dicit. de eis pauca ualde scire possumus: q̄ illud quod nosce possumus de hmōi: licet p̄ exiguū & topica tū ratione teneamus p̄ uicundū sit & peramatū. Igitur philosophi de eiusmodi demōstratiue quidem pene nihil: topice uero seu probabiliter parū enū

ciarunt:quod in numero angelorum statuendo eorum diuersitas arguit.  
 Quidam.n.eorum ut etiā aliquahiter patet ex dictis intelligentiarū  
 numerū s̄m nūmerū motuū celi existimauerūt:sut ari.ri.me. qui ē  
 numerū eiusmodi motuum ab astronomis sui tēporis exquisiuit  
 quidē uero s̄m numerum sperarū:ut auice. quidā quoq; s̄m nūme-  
 rum specierū sensibiliū:ut plato. quidam etiā tm̄ unam intelli-  
 gentiam posuerūt:sut anaxagoras intellectum separātē mixta:& qui-  
 dam heretici qui unum tm̄ dixerunt esse angelū:quē uaria nomi-  
 na sortiri putant s̄m uarietate suarum actionū:quidā uero eas om-  
 nino negarunt nihil incorporeū putantes:sut empe.& democri. ac  
 ceteri philosophorum naturalium primorum:& saducei iudeorum:qui-  
 dam postremo eas quidē non negarunt:uerum dixerunt eas in nu-  
 mero esse nobis incerto:uolentes in scripturis angelū intelligi om-  
 nem uirtutē qua expletur ordo providentiē diuine, quasi nūcium  
 diuine uoluntatis siue spiritalis sit siue corporea:ut rabby moi-  
 ses:adeo ut uim cōcupiscibilem angelum concupiscentie uocet:sub-  
 stantias tm̄ separatas dicit esse in eo nūero quo philosophi dixerūt  
 ¶ Punctū quintū. Vt uero stilum ad p̄cipuos philosophos dedu-  
 camus:sententiā platonis uolētis substantias separatas eē reꝝ sen-  
 sibiliū spēs:utpote si ponerem⁹ ip̄am hūanitatē uel equinitatē se-  
 paratas:ac p̄ hoc intelligētias eē in eo nūero quo & sensibiliū spe-  
 cies. Ari. hac rōne dānat & explodit: q̄ de rōne sensibiliū specieꝝ  
 mā sit:unde ipsa humanitas si a materia uel hūano corpe separata  
 est:ia nō hūanitas sed natura altior est:& sic de aliis. Sententiā ue-  
 ro ari. nō eē necessariā etiam ex dictis supra capite quinto planum  
 est. In his.n. q̄ ad finem quēpiam ordinantur necessitas ex fine su-  
 matur oportet:nō econtra ut ip̄emet. 2. phy. docuit:unde si in ce-  
 lestes substantias, celestes motus eo teste ordinantur:earum nūme-  
 rus ex motuum illorū numero necessario cōcludi non pōt. Dicit  
 n. q̄ sūt substātie alie ordinis altioris q̄ ille sint:que fines sunt pro-  
 ximi celestium motuum:quēadmodum si instrumenta artificialia  
 ut ferra & dolabra, propter homines mecanicos sunt qui eis utun-  
 tur:nihil prohibet esse & alios homines qui eiusmodi instrumen-  
 tis non utuntur:sed his qui utuntur imperitant. Vnde ut supra pa-  
 tuit ip̄emet Aristoteles suam rationem non esse necessariam &  
 uidit & fassus est.



**C** Punctum sextū. Reliquū igitur est ut ex nera phiā angelos lo-  
 ge plures esse q̄ celestes motus astruamus. ¶ Primo. Nā substantiæ  
 intellectuales: s̄m suum genus transcendent omnē naturā corpo-  
 ream: consequenter at̄ in eis gradū & superioritatē accipere oporter  
 s̄m eleuationem earum supra corporeā naturā. Sunt aut̄ quedā  
 spirituales substantiæ supra corpoream naturā s̄m naturam sui ge-  
 neris: que tñ corporibus uniuntur ut forme: ut patet ex dictis: & in  
 humanis animabus experimur. Et quia esse substantiarū intellectu-  
 aliū s̄m suū genus a corpe depēdentiā minime habet: ut supra ostē-  
 sum est: inuenitur alius eiusmodi substantiarum altior gradus: que  
 est corpus ut forme nō uniuntur: sunt tñ aliquoꝝ determina-  
 torum corpore motoris: ut de his que celum mouent infra pro-  
 babitur. Similiter aut̄ natura intellectualis a mouendo nō depen-  
 det quippe mouere ad eaz̄ primā ac p̄cipuā operationē. s. intelli-  
 gere cōsequens est: & cōsequenter est aliquis substantiarū intelle-  
 ctualium gradus in quo nō motores p̄p̄rii: aliquoꝝ corpore sunt:  
 sed substantiæ motoribus superiores. ¶ Secundo. Sicut per suā natu-  
 ralem formā agit quod naturaliter agit: ut ignis: ita q̄ p̄ intellectu  
 agit per formā sui intellectus agit: ut in artificibus liquet. Igitur  
 sicut agens per naturā proportionatū est patienti ratione sue natu-  
 ralis formata & agens p̄ intellectum per formā intellectus patie-  
 ti proportionatū est: ut uidelicet eiusmodi sit forma intellectiua q̄  
 in recipientē materiā p̄ actionem agentis induci possit. Igitur p̄  
 prios orbium celestium motores: qui per intellectu mouent (si in hoc  
 opinionē sustinere uolum⁹ ari.) tales intelligētias habeāt oportet  
 q̄ sint p̄ orbium motus explicabiles: & q̄ in naturalibus educi & per-  
 duci queant. Sed supra cōceptiones intelligibiles eiusmodi: aliæ uni-  
 uersaliores sint oportet: quia intellectus rerum formas uniuersali⁹  
 q̄ earū esse sit in rebus apprehendit: unde & uidemus speculatiui  
 intellectus formā uniuersaliorē esse q̄ practici: & inter artes practi-  
 cas uniuersalior est imperantis q̄ exequentis conceptio. Oportet  
 autem substantiarū intellectualium gradus accipere s̄m gradū in-  
 tellectualis operationis p̄p̄ie quibusq̄. Ergo supra intellectuales  
 substantias: proxime oibes mouentes: alias superiores eē oportet.  
 ¶ Tertio. Nā inter ea que naturali ordine distant: multos est gra-  
 dus: medios inuenire: sicut inter perfecta bruta & plantas: quedā

imperfectiora aialia sunt:que & cū plantis communicant q̄tū ad  
 fixationem:ut ostrea & cōchilia:& cū brutis perfectis q̄tum ad sen-  
 sum.Cū ergo deus qui est substantia prima a corpore natura maxi-  
 me distet:ualde rationale est:ut in rerum ordine multi gradus  
 interiaceāt. ¶ Quarto.Nā deus nō solū uniuersalē reꝝ corporeꝝ  
 prouidentiam habet:uerum potius suam prouidentiam etiam ad  
 res singulares etiā minimas extendit:quippe qui tanq̄ prima cau-  
 sa efficiens.& mouens in omni efficiente efficit & in omni mouē-  
 te ad finem motus mouet: & hoc per intellectum: cū sit artifex  
 uoluntarius:ut diximus:quod est prouidere.s.per intellectum in  
 finem dirigere & mouere.In rebus autem singularibus prouiden-  
 tia diuina directis:deus interdū preter ordinem uniuersalium cau-  
 sarum celorum uidelicet & intelligentiarum motricum:quedam  
 operatur,ut dum suscitatur mortuos:& morbos icurabiles curat: &  
bonos: sed demonū quosdā bonos & quosdā malos: deos ap-  
pellantes substātiās intellectuales q̄ sunt a globo lunari superior:  
demonēs uero substātiās intellectuales q̄ sunt a globo lunari infe-  
rius: superiores tñ hominibus ordine nature. Que quidem opi-  
nio nō est quasi a fide aliena abiicienda, quippe tota creatura cor-  
poralis administratur a deo p̄ angelos: ut aug. 3. de tri. li. astrixit.  
cōsequenter aut̄ nihil prohibet dicere inferiores angelos diuinit⁹  
distributos: ad inferiorē corporū ministeria. superiores uero ad  
superiorum corpore regimē: supremos uero ad assistendū deo: &  
p̄m hoc dama. eos q̄ ceciderūt de inferiorib⁹ extitisse dicit in quo-

N

rum etiã ordinib<sup>9</sup> boni aliqui remanere. Si uero motiu<sup>9</sup> ange-  
lorum ad peccandũ contempleris in superioribus maius fue-  
rit: quippe demonum peccatum superbia fuit: ut supra dictum est  
cuius motiuum excellentia est: que in superioribus fuit longe ma-  
ior, maxime uero in supremo: cũ enim sint pene infiniti: ut pro-  
batum est: quisq; tamẽ eorũ ab inferiore specie differt sicut equus  
ab asino: ut probatum est supra. Vnde supremus infimum tot gra-  
dibus superat quot angeli sunt creati. & p̄sequenter quodammo-  
do infinitis. Vnde eũ qui inter peccantes maior fuit gregorius ra-  
tionabiliter supremum putauit: quasi maximum ad peccandũ mo-  
tiuum habuerit. Et est hec opinio probabilior: quia angelicum  
pctm̄ non processit ex pronitate quã considerauit dam. sed ex so-  
lo libero arbitrio. qđ fuit excellentia propria delectatũ: quam cõ-  
siderauit greg. cõsequenter autẽ magis uidetur cõsideranda ratio  
a motiuo peccandi q̄ a pronitate sumpta. Non est tñ inde alteri  
opinionis preiudicandũ: quia etiã in principe inferiorum angelo-  
rum aliquod ad peccandũ motiuũ potuit affuisse. Si autem ue-  
ra esset opinio damas. de quolibet nouem angelorum ordinum  
non potuerunt aliqui cecidisse: ut liquet: ac sic uera est gregori-  
ana ut credimus: & possibile & uerisimile est de ordine quolibet  
aliquos cecidisse: quemadmodum etiam in quemlibet predicto-  
rum ordinum ad ruine angelice reparationem homines assumũ-  
tur: qđ in litteris diuinis quorũdam angelorum nomina demo-  
nibus non attribuantur. ut seraphim & tronorum: quippe que ab  
ardore charitatis & a dei inhabitatione sumantur: que duo pecca-  
to mortali in quo demones sunt compugnant. Nec tamen pre-  
dictis obstat qđ eze. 28. angelus inter peccantes supremus dicitur  
cherubordo autem cherubim non est primus sed secundus: pri-  
mus uero est ordo seraphim apud dion. 7. capi. angel. hierar. & cõ-  
sequenter non uidetur inter omnes angelos primus h̄xtitisse.  
Non obstat inquam: quippe cherubim interpre. atur plenitudo  
scientie: seraphim uero ardentes seu incendentes: & consequẽter  
cherubim a scientia nominatur que cũ mortali esse p̄t̄: seraphim  
uero a charitatis ardore: qui mortali peccato repugnat. ¶ Et  
ideo primus angelus peccans quamq; fuerit seraph: tamen che-

sub dictus est; in detestationem peccati. ¶ Non obstat etiā q̄  
 si angelus inter omnes summus peccavit diuina intentio que est  
 ut intellectualis natura beatificet in nobilissima creatura frustrata  
 fuisset. Non obstat inq̄: quippe intentio diuina in neutris fru-  
 stratur: siue stātib⁹, siue cadentibus angelis: utiorūq̄ enī euentū  
 deus prenouit: & ex utroq̄ gloriam habet: dum illos bonitate sal-  
 uat: punit uero illos iustitia sua. Ipsa uero intellectualis natura a  
 suo fine cadit si peccat: nec hoc icōuenit i creatura q̄ tuncē q̄ subli-  
 mi. Sic. n. a deo intellectualis creatura instituta est: ut i arbitrio  
 eius sit agere propter finem: & ut possit saluari & dāna. i: & saluet  
 si malit. ¶ Non obstat ultimo q̄ angelus q̄to superior tanto in  
 deū inclinatio est: & cōsequenter tanto minus a deo potest pec-  
 cando recedere. ¶ Ico. n. q̄ illa inclinatio & in eo & in oī crea-  
 tura factibili in īfinitū nobiliore semper est cū libertate arbitrii: us  
 semper possit peccare si uelit. Quomodo autem peccātis angeli  
 p̄ctm̄ aliis angelis cadētibus fuerit occasio cadendi presentis ne-  
 quaq̄ est speculationis. ¶ Punctum Vltimū. Contra uero  
 ea q̄ & rationibus & litteris diuinis astruximus. scilicet malas intel-  
 ligentias quas demones appellant: uideretur omnino posse argumē-  
 tus adniti septē: quibus vī oīno probari posse cōtrariū. Argumētū  
 Primū. Nā q̄ nulla ītellectualis substantia naturaliter coponi unita  
 sit preter aiām hūanam, iā supra ostensum est: nisi s̄m quosdā id  
 de aiabus cœlestiū corpore astruatur: quas tñ malas credere nō est  
 congruū: eū celestium corpore motus adeo sit bonus & ordinat⁹:  
 ut ordinis uniuersi in istis inferiorib⁹ principiū sit: oīs aut alia co-  
 gnitiua potentia preter intellectū corporeo & animato utitur or-  
 gano: & cōsequenter in huiusmodi substantiis q̄ corpora nō ue-  
 getant preter intellectum potentia cognitiua est nulla: & cōsequē-  
 ter quicquid cognoscunt intelligunt in eo aut quod quis intel-  
 ligit nō errat: ex defectu. n. intelligēdi prouenit omnis error. Nō  
 potest igitur in substantiarum intellectualium cognitione esse er-  
 ror. Nullum autem peccatum uoluntatis absq̄ errore esse po-  
 test: quippe uoluntas in apprehensum bonum semper tenditur:  
 de nisi in apprehensione sit error in uoluntate: error idest pecca-  
 tum esse non potest. Igitur in substantiis eiusmodi erro-  
 rem esse posse non uidetur. ¶ Secundum. Peccatum

N ii



uoluntatis in nobis circa ea accidit, de quibus ueram scientiã in  
 uniuersali habemus, ppter qd̄ in particulari rōnis iudicium exili-  
 gante aliqua passione prepeditur. Que equidem passionēs in de-  
 monibus esse nequeunt, q̄ sint sensitiue part̄s: que sine corporeo  
 organo minime operat̄. Igitur si eiusmodi substantie ab omni  
 organo separate in uniuersali rectum iudicium & ueram scientiã  
 habent in particulari falsam habere nequeunt. consequēter autē  
 nec peccare. ¶ Tertium. Circa obiectū p̄prium uirtus cognitua  
 decipitur nulla, sed circa extraneum solum. in coloris enim iu-  
 dicio uisus decipitur minime. uerum cum homo per colorē de sa-  
 pore uel rei natura diiudicat, deceptio euenit. Propriū uero intel-  
 lectus obiectum rei quiditas est: & consequenter intellectus dece-  
 ptio interuenire non potest, modo puras rerum quiditates appre-  
 hendat: sed omnis intellectiua deceptio inde pueniat oportet q̄  
 forma rei fantasmatis mixta concipitur, & apprehenditur: ut in  
 nobis euenire liquet. In substantiis uero intellectuālibus & incor-  
 poreis talis intelligendi modus est minime, q̄ fantasmata sine  
 corpore esse nequeant. Non est ergo possibile in earum cog-  
 nitione errorem incidere: consequenter autem nec in earum uolun-  
 tate peccatum. ¶ Quartum. Propterea in operatione intellectus  
 cōponentis ac diuidētis falsitas accidit. q̄ absolute rei quiditatē  
 non apprehendat: sed apprehense rei componat aliquid. in ea ue-  
 ro operatione qua quodquid est apphēdit, falsum non accidat  
 oportet, nisi forte per accidēs, s̄m q̄ in hac quoq̄ opatione aliqd̄  
 de ea que est intellectus cōponentis & diuidētis admiscetur: qd̄  
 equidem contingit, inq̄tum noster intellectus nō statim, sed quo-  
 dam inquisitionis ordine ad notitiã quiditatis rei cuiuspiã pertin-  
 git: ueluti cū primo apphēdimus animal, & deinceps oppositas  
 differentias una reiecta, alterã generi colligamus, eousq̄ dū ad  
 speciei diffinitionē attingamus. in quo equidem processu falsitas  
 posset accidere, ut generis differentia capiatur quod generis diffe-  
 rentia non est. Sic autē procedere ad quod quid est de aliquo co-  
 gnoscendum, intellectus est ratiocinando de uno excurrentis in  
 aliud, quod substantiis separatis cōgruit minime: cū discurrere sit  
 rationis & non intellectus. In hęc igit̄ substantiã notionē error  
 incidere non posset: cōsequēter autē nec in eaz̄ uolūtate peccatū.

**¶ Quintum.** Cum nullius rei appetitus nisi in bonum proprium tendat: impossibile dixeris id cuius est unū solū bonum in suo appetitu aberrare: propter qđ & si in rebus natu. alibus peccatū accidit propter defectū in executione appetitus cōtingentem: in naturali tamen appetitu nunq̄ accidat peccatū necesse est. semper enī lapis tendit deorsum, siue perueniat, siue impediatur. In nobis autē accidit in appetendo peccatū: quia cum ex spūali & corporali natura nostra cōponatur, sunt in nobis bona plura. i. s̄m intellectum & sensum, uel etiam s̄m corpus: quoꝝ bonorum nostrorū ordo quidam est: s̄m q̄ minus principale ad principalius est referendū & propterea in nobis uolūtatis peccatū accidat oportet: cum tali ordine postergato, id quod nobis est bonum s̄m quid, contra illud appetimus, quod nobis est bonum simpliciter: Talis uero cōpositio, & bonorū diuersitas non adest eiūmodi substantiis separatis, quin potius omne earū bonū s̄m intellectū est. Non igit̄ possibile est, ut uideat̄, qđ in eis sit uolūtatis peccatū. **¶ Sextum.** Ex superabundātia aut defectu uolūtatis peccatū in nobis accidit, in quoꝝ medio uirtus cōsistit. Vnde in iis, in quibus superabundātia & defectū nequaq̄ est accipere: sed mediū solum uolūtate peccare non contingit. nullus enī peccare potest in appetendo iustitiā. nā ipsa iustitia mediū quoddā est. Substātie uero intellectuales p̄dicte nihil nisi intellectualia bona possunt appetere: ridiculū enī est astruere qđ bona corporalia uelint angeli, aut cupiāt: qui s̄m suā naturam sunt incorporei, aut bona sensibilia, quibus nō est sensus. In bonis uero intellectualibus superabundantiā aut defectū esse impossibile est: quippe que s̄m se media sunt superabundantie, & defectus: sicut uerum inter duos errores: mediatur: quoꝝ unus s̄m plus alius uero s̄m minus est: unde & sensibilia & corporalia bona in medio sunt si s̄m rōnem sunt. Non uideat̄ igit̄ qđ substantie intellectuales separate possint uolūtate peccare. **¶ Septimū.** Substantie incorporee a defectibus remotior est substantia corporea. In substantiis autem corporalibus, que a contrarietate remote sunt, nullus pōt defectus accidere i corporibus uidelicet celestibus. Multo igitur minus accidere potest in substantiis separatis nedum a contrarietate, uerum et ab ea & a materia & a motu remotis: ex quibus uidetur defectus aliquis posse contingere, potest peccatum

cōtingere. Et hec quidē sunt cōtra predicta quorundā argumē  
 ta: ad que soluenda uia pateret facilis, ei qui uellet platonicoꝝ  
 fragmenta sectari: apud quos demones corpora hñt naturaliter uni  
 ta ac partem sensitiuā & passiones. i. irā odiū & eiusmodi: & cōse  
 quenter etiā in eis posset s̄m eos aliud genus cognitionis inueni  
 ri q̄ intellect. ue: quia apud plato. aīa sensitiua incorruptibilis est:  
 & cōsequenter operationē habeat oportet cui corpus nō cōicet:  
 & q̄r cognitio sensitiua esse posset in substantia spiritali etiam  
 corpori nō unita: & cōsequēter passiones: & sic manet eis radix ea  
 dem peccandi q̄ & in nobis. Sed illorū utrūq; falsum est: & pri  
 mo quidē q̄ corpa habeāt unita: ut probatū est supra. Scđo uero  
 q̄ operationes aīe sensitiue sine corpore esse queant: qđ hinc patet  
 q̄ aliquo sentiendi organo corrupto sensus operatio una corru  
 pitur: sicut uisio corrupto oculo: ppter quod tactus organo cor  
 rupto (sine quo animal esse requirit) q̄ animal moriatur oportet.  
 Ad euidētē autē hōe solutionē: illud in primis considerandū oc  
 currit: q̄ sicut in agentibus ita & in finalibus causis ordo est: ut ul  
 delicit a fine principali pendeat secundarius sicut & secundariū  
 agens a principali. In causis autē agentibus p̄ctm̄ tunc accidit  
 cum secundarium agens ab ordine exorbitauerit principalis: si  
 cut cū ex curuitate tibia deficit ab exequutione eius motus, quē  
 appetitiua uirtus imperabat. Pari ergo modo & in finalibus cau  
 sis p̄ctm̄ uoluntatis cuius obiectū bonū est, incidat oportet: cum  
 secundarius finis sub ordine principalis minime concluditur.  
 Quelibet autē uoluntas naturaliter illud uult: quod est uolētis bo  
 num proprium. s. ipsum esse, cuius etiam cōtrarium uelle nequit.  
 In eo igitur uolente nullū uoluntatis p̄ctm̄ potest accidere: cuius  
 bonū ultimus finis est: quod sub alterius finis ordine non cōtine  
 tur uerū potius sub eius ordine p̄tinent alii fines uniuersi. Eiusmo  
 di autē uolēs solus deus est: cuius esse bonitas summa est: q̄ & finis  
 ultimus est. In deo igitur uoluntatis p̄ctm̄ esse nequit: in oī  
 autem uolente alio, cuius bonū propriū sub alterius boni ordine  
 contineat oportet. peccatum uoluntatis potest incidere: modo in  
 sua natura consideretur. Etsi enim cuiq; uolenti naturalis incli  
 natio uoluntatis est ad sui ipsius perfectionem uolendam & amā

57

dam: ita ut huius contrarium uelle non possit: non tamen est ei naturaliter inditum ut ita perfectionem suam in aliū finem ordinet q̄ ab eo deficere non possit: cū superior finis sue nature nō sit proprius merum superiori nature potius. Relinquitur igitur suo arbitrio q̄ p̄fectionem suā in superiorē ordinet finē, aut certe nō ordinet: in hoc enim q̄ uoluntatē habent ab his differunt que uoluntate carent: q̄ habentia eā se suaq̄ ordinant in finem: unde & liberi arbitrii esse dicuntur: nō habentia uero se minime ordinant in finem: ordinantur uero a superiore agente: quasi in finē acta ab alio nō a se. Potuit igitur pctm̄ incidere in separate substantie uoluntate: ex eo uel maxime, q̄ bonum propriū propriāq̄ p̄fectionem in deū finē ultimum nō ordinauerit: sed proprio bono inhesit ut fini. Et quia ex fine regulas actionum sumi oportet necesse est ut ex seipsa in qua finem statuit, alia regulariter disponeret: nec eius uolūtas a superiore aliquo regularetur: quod soli deo congruit. Secundū hoc uero illud intelligendū est: q̄ dei equalitatem appetiuerit: nō equidē ut suū bonum diuino bono esset equalē. Hic enim error eius intellectui non potuit insidere: & hoc appetendo appeteret se nō esse: cū sp̄rum distinctio s̄m gradus uarios rege proueniat. Velle autē alios regulare & suā uoluntatem a superiori non regulari, est uelle p̄esse & quodāmodo non subiici: quod est sup̄bie crimen. Vnde cōuenientissime dicit: q̄ primū demonis pctm̄ superbia fuerit. Verū quia ex errore uno circa p̄cipiū: uariis & multiplex error consequitur: ideo ex prima inordinatione diabolice uoluntatis multiplex culpa prouenit: & odii scilicet ad deum se & punientem & resistentem eius superbie: & inuidie ad hominem & eiusmodi. Illud quoq̄ considerandum est: q̄ cum proprium alicuius bonum ad plura superiora ordinatur: uolenti liberum est ab ordine alicuius eorum recedere & ab ordine alterius nō recedere: siue superior siue inferior sit: sicut miles sub rege & duce exercitus ordinatus suam uoluntatem in bonum ducis & non regis ordinare potest: aut e contra: si tamen Dux ab ordine recesserit regio bona militis uoluntas

erit ab ordine ducis recedens, & nō regis: mala uero si ducis uoluntatem contra uoluntatē regiā sequatur: ordo. n. inferioris principii ab ordine pendet superioris. Substantie autē separate non modo sub deo ordinant: uerū etiā a primā ad ultimā usq; earum una sub alia ordinatur: cū oēs spē differant ut ostensum est. Et cōsequenter inuicē differant oportet sicut nobilior ac perinde superior: & minus nobilis ac per inde inferior. Et quia in quo libet uolente sub deo pōt esse pcrū uoluntatis si in sua natura pēsetur: possibile fuit ut aliqua de superioribus intelligentiis aut etiā suprema inter oēs haberet in uoluntate culpā. Et hoc quidē factis probabile est: ut earū suprema peccaret ut dictum est: non n. in suo bono prima peccārium quieuiset sicut in fine sibi supremo & ultimo nisi bonum suum ualde perfectum extitisset. Igitur fieri potuit, ut de inferioribus aliquę suū bonū sua uoluntate in ipsam primā ordinaret, a diuino ordine recedentes: q̄ similiter cū prima peccatūt: alie uero in uolūtatis sue motu diuinū ordinē quates ab ordine supreme peccātis quis nāc ordine superioris sine culpa recederēt. His prelibatis salire dicta argumēta soluant.

**¶ Ad quattuor prima.** Non cogimur dicere errorem in angelico intellectu extitisse: quasi aliquid bonū iudicari quod bonū non sit: sed bonū superius ad quod bonū propriū referendum erat nō cōsiderauit, ut debuit: ideoq; peccauit: cuius quidē incōsiderationis occasio fuisse potuit uoluntas in propriū bonū intense conuersa. Est enim liberū uoluntati in hoc uel in illud magis uel minus cōuerri.

**¶ Ad Quintū.** Patet angelum bonū aliquod nō appetuisse, nisi unum & sibi proprium: in hoc uero fuit eius culpa: quod superius bonum in quod sponte debuit ordinari: pretermisit: sic enim in nobis peccatum ex hoc est q̄ inferiora bona. s. corporis absq; rationis ordine concupimus. Et ita in hoc peccatum fuit in diabolo: q̄ bonum proprium, non retulit in diuinum.

**¶ Ad Sextum.** Patet q̄ etiam uirtutis mediū, pretermisit: inq̄tum superiori ordini se non subiecit: sicq; sibi dedit plusq; debuisset: deo uero minus q̄ ei deberetur: cui omnia ueluti prime regule debent esse subiecta. Non est ergo ibi pretermisum mediū per superabundantiam passionis: sed solū per iusticie inæqualitatem, que circa operationes est. In substantiis enim

illis

illis operationes esse possunt: passiones uero esse non possunt.

¶ Ad Septimum. Non oportet si in superioribus corporibus error potest esse nullus aut certe defectus, propter ea in eiusmodi substantiis culpā esse non posse: corpora enim & queq; ratione carentia solum agunt: non uero seipsa agunt: unde exire nequeunt a regula primi illa agentis & mouentis: nisi ex hoc qd prime regule sufficienter rectitudinē non excipiunt: quod equidē ex materie indispositione contingit: propter quod etiā corpora superiora in quibus materie indispositio locum minime habet, nunq̄ a regule prime rectitudie deficere potuere nec possunt. Substantie uero imateriales non agūt immuerum se ad actus proprios agunt: qd̄ in eis tanto magis est q̄to fuerit earum natura perfectior. Quorū enim est perfectior natura: est & in agendo uirtus perfectior: unde quin eis culpa dicto modo iesse possit nō impedit nature perfectior: ex hoc scilicet qd sibiipsis inherent, superioris agentis ordinem minime attendentes.

Intelligentias malas seu demones esse in naturali sapientia prestantissimos. Cap. Tertiuēdecimum.

q Via igitur aliquas esse intelligentias malas in magorum operibus suffragantes quas demones appellarūt probatū est: iam nunc ad nostrū in hoc primo li. institutum propius accedētes: inuestigare tētabimur quonam pacto effectū quos supra ca. 2. commemorauim⁹

demones causa esse possint: & causa sint scientia, malicia, potestate: eorū scientiam presenti capite non nullis punctis referare tētabimur: nō quidē q̄tū exoptulat res ipsa: sed q̄tū p̄ns exigit in se uirtū.

¶ Punctum primum. Substantie separate seu certe intelligentie uel angelici spiritus, siue boni sint siue mali, non accipiunt cognitionem a rebus sensibilibus: seu per species a rebus acceptas ut accipit genus humanum. ¶ Primo. Sensibilia enim s̄m suā naturam nata sunt apprehendi per sensum sicut per intellēctū intelligibilia: consequenter autē omnis substantia cognitiua ex sensibilib⁹ cognitionē capiēs sensum habeat oportet: & sequēter organum corporeum: & consequenter corpus naturaliter unitum. Substantie autem separate non habent corpora naturaliter unita

o

ut superius probatum est. Non igitur intellectivam cognitionem ex rebus sensibilibus sumunt. ¶ Secundo. Altioris uirtutis altius obiectum sit oportet. Virtus uero intellectiua intelligentie, uirtute intellectiua anime humane altior sit necesse est: quippe cum humanus intellectus in ordine intellectuum infimus sit, ut ex premissis haberi potest. Obiectum autem humane anime aut fantasma aut non sine fantasmate est: ut experimur: quod in ordine obiectorum re sensibili exteriori superius est: sicut ex ordine uirtutum cognitiuarum planum est. Obiectum igitur substantie separate, res extra animam existens esse non potest: ut immediate ab ea accipiat cognitionem: sed neque fantasma, quod est proprium anime nostre: unde relinquatur, ut aliquid sit fantasmate alius: & consequenter oportet quod sit aliquid spirituale intelligibile actu: cum nihil propter hoc in ordine obiectorum sit fantasmate altius. ¶ Tertio. Secundum ordinem intellectuum, intelligibilium ordo sit oportet. Sed ea que sunt secundum se intelligibilia in ordine intelligibilium, his superiora sunt que intelligibilia nequaquam sunt, nisi nos ea intelligibilia faciamus cuiusmodi oportet esse omnia a sensibilibus accepta: quippe sensibilia non sunt intelligibilia secundum se: quod noster intellectus intelligit. Igitur intellectus substantie separate cum nostro intellectu superior sit: non intelligit intelligibilia a sensibilibus accepta, sed que sunt secundum se intelligibilia actu. ¶ Quarto. Cuiusque rei operationis proprie modus proportionaliter modo nature & substantie eius respondet ut sigillatim uidere licet quod nobilioris nature sit modus operandi nobilior, ut animalium & plantarum: unde illa sentiunt & non ista. Substantia uero separata intellectus est per se existens non in corpore quouis. Igitur eius intellectualis operatio intelligibilium erit que in corpore nullo fundatur: consequenter autem eorum erit que a sensibus non accipiuntur: quippe talia sunt in corpore aliquo quoquo modo fundata ut nostra in fantasmatibus sunt que sunt in organis corporeis. Igitur intelligentie cognitionem a sensibilibus accipiunt minime. ¶ Quinto. Sicut in rerum sensibilibus ordine materia prima ultimum & infimum est: ac pro hoc in potentia tantum est ad formas sensibiles uniuersa ita intellectus noster possibilis infimus in ordine intelligibili existens in potentia ad omnia intelligibilia sit oportet: sicut tabula in qua nihil est

13  
pictum : Sed que in ordine sensibilium sunt supra materiam primam : actu habent formam propriam qua constituuntur in esse sensibili . Igitur pari modo intelligentie que in ordine intelligibili sunt supra, intellectum possibilem humanum actu sunt in esse intelligibili . Intellectus autem a sensibilibus notionem accipiens in esse intelligibili non est actu, sed potentia .

Igitur intelligentie a sensibilibus cognitionem non capiunt .

¶ Sexto . Superioris nature perfectio ab inferiori natura non pendet, ut liquet . Perfectio autem substantie separate in intelligendo est: quippe que intellectualis est . Igitur eius intelligere a rebus sensibilibus non dependet: quasi ex eis capiat notionem .

¶ Punctum Secundum . Esti uero angeli aut boni aut mali p species a rebus sensibilibus scientiam non accipiunt: non tamen etiam omnia per suam substantiam intelligunt : sed oportet eorum essentie species aliquas uel idola rerum representatiua superaddere: ut omnia intelligant contenta sub ente: quod obiectum est intellectus eorum . Si enim omnia per suam substantiam intelligerent oporteret omnia in eorum substantia contineri. i. quantum est ad ea in quibus ab una intelligentia distinguuntur omnia alia: oportet enim intellectum esse in intelligente quantum ad ea omnia que de eo intelliguntur sicut & sensata oportet esse in sensu . unde anima per intellectum & sensum dei fieri omnia. i. intelligibilia & sensibilia. Sed per angeli substantiam nequeunt omnia in angelo esse: nam que infra & que supra angelum sunt, in substantia quidem eius sunt quodammodo . s. quantum ad ea in quibus coincant: non tamen sunt in ea perfecte . i. secundum propriam rationem: quippe angelica substantia finita & limitata existens secundum propriam rationem ab aliis distinguitur in essentia autem dei sunt omnia perfecte & secundum propriam rationem: sicut in ea operatiua uirtute non limitata ad genus & speciem, a qua est quicquid in re est tam commune quam proprium . Unde solus deus per suam essentiam habet noticiam propriam de rebus omnibus: non autem intelligentia bona uel mala: consequenter autem per superadditas species intelligat oportet .

¶ Punctum Tertium . Quanto autem superiores nature ordine sunt angeli siue boni siue mali tanto per superadditas species universalio-



res intelligant oportet. Nā solus deus oīa p unum intelligit: ut  
 offensum est. Quanto ergo aliqua nature ordine uni deo omnia  
 uno intelligenti propiora sunt, tanto magis unite & cōsequenter  
 paucioribus eadē intelligant oportet: & cōsequenter superiores  
 angeli quasi deo uiciniōres paucioribus speciebus ea oīa intelli-  
 gunt que inferiores pluribus. Cuius rei etiā in nobis exemplū est.  
 Quidam enim a deo rudes sunt ut ueritatē intelligibilē non nisi  
 minutatim capiant: alii eleuationis ingenii unico principio mul-  
 tas cōclusiones capientibus. Nec obstat si dicatur q̄ s̄m hoc una  
 superioris angeli species erit propria multoꝝ rō: que angelus infe-  
 rior multis speciebus nouit. Dico enim q̄ idē esse nequit ratio  
 propria multoꝝ adequata: eminenter uero secus: ut de essentia di-  
 uina patet: unde sicut illa propria ratio est oīum: ita una creata spe-  
 cies esse potest non oīum quidem, sed multoꝝ: sicut etiā in ani-  
 ma humana continet ratio propria sensitiue & uegetatiue.

**¶ Punctum Quartum.** Ex dictis uero iā pateat q̄ distantia lo-  
 calis intelligentiarum cognitionē minime impedit. ¶ Primo.  
 Nam localis distantia per se cōparat ad sensum: nō uero ad intel-  
 lectum, nisi per accidens pro quanto notitiā accipit a sensu: nā  
 sensibilia ad determinatam distantia sensum mouēt: intelligibilia  
 uero actu s̄m q̄ intellectū mouēt nō sunt i loco: quippe que a cor-  
 porali materia separata sunt. Cū igit̄ intelligentie a sensibilibus no-  
 titiam minime capiant: in eaȳ cognitione localis distantia ope-  
 ratur nihil. ¶ Secundo. Nā humana aīa separata a corpore in sua  
 intellectuione locali distantia non impeditur: non. n. tunc cogno-  
 scit abstrahendo (sic. n. determinata distātia exquireret ut uel sen-  
 sibilia agerent in animā uel ecōtra) sed ex influ. u luminis diuini  
 seu specieꝝ ex lumine diuino in eius intellectū: cum sensibus ca-  
 reat: tūc aut̄ cognitio distantia locali nō impedit. Vnde & diues  
 cognouit abraham in limbo a longe luc. 16. A fortiori ergo intel-  
 ligentie intelligūt ex locali quacūq; distātia. Nec obstat q̄ aug.  
 dicit in libro de di. demō. q̄ demones propter celeritatē mor̄ ali-  
 qua nobis ignota denunciant: qđ equidē nihil est: dictū, si eorū  
 notitiā localis distantia non impediret. Non obstat inq; quia s̄m  
 eam opinionē loquitur qua quidā demones habere corpora na-  
 turaliter unita putarunt: s̄m quā sensus quoq; habere potuissent &

consequenter in noscendo locali distantia prepediri : quã equidẽ opinionem etiã libro eodẽ recitando tangit , magis q̃ afferando ut liquet de ciuitate dei libro .21.

**P**unctum Quintum. Palam etiã ex dictis est : q̃ operationi intellectuali intelligentiarum tempus nõ miscetur . Nam sicut intelligibilia actu absq̃ loco sunt . ita absq̃ tẽpore etiã sint oportet : nam localẽ motum tempus consequit̃ : unde ea sola mensurat que ut cunq̃ in loco sunt . Et ideo intelligere substantie separate supra tps est . Operationi autẽ intellectuali nostre tẽpus adiaceat oportet : q̃ ex fantasmatibus noticiã capiamus que determinatum tempus aspiciunt . Inde est q̃ in compositione ac diuisione intellectus noster aut preteritum aut presens aut futurũ tempus semper adiungit̃ : intelligendo autem quodquid est nequaquã : intelligit enim illud abstrahendo intelligibilia a sensibilibus conditionib⁹ : unde s̃m illam operationẽ neq̃ sub tẽpore neq̃ sub aliqua rerum sensibilibus cõditione intelligibile apprehendit . Componit autẽ aut etiã diuidit applicando prius abstracta intelligibilia ad res : in qua applicatione tempus cointelligatur oportet .

**P**unctum Sextum. Ex dictis etiam liquet intellectũ intelligentiarum actu semper intelligere . ¶ Primo. Qd̃ enim qñq̃ in actu quandoq̃ in potentia est , tempore mensuretur oportet : ibi enim successio est que tempore solo diiudicatur : quod numerus omnis motus est : nec obest si successio illa cõtinua non sit : quippe etiã tempus aliquod discretum sit oportet : alioquin successiua discreta non haberent mensurã . Intellectũ autem intelligentie supra tempus esse probatum est . Nõ est igit̃ quandoq̃ actu intelligens : & quandoq̃ non iutelligens . ¶ Secundo . Omnis substantia uiuens , operationem aliquam uite actu habeat oportet : ex sua natura que inest ei semper : licet alie quandoq̃ insint illi potentia tñs ueluti semper nutriunt animalia etsi non sentiunt semper . Substantie autem separate sunt substantie uiuentes : ut liquet ex dictis : alioquin essent ignobiliores nobis & omnibus uiuentibus : nec habent aliã operationẽ uite preter intelligere : & si qua ad intelligere sequatur : ut uelle ac posse . Igitur semper actu intelligentes sint oportet . ¶ Tertio . Nam celestia corpora intelligentie p̃ intellectũ mouent apud phos . Motus uero ille semp cõtinuus est . Igitur .

intelligentiæ intelligere semp actu sit oportet. Idē uero sequitur, & si dicta corpora mouere nō dicantur: quippe que celestibus corporibus altiores sunt: unde si eiusmodi corporis operatio propria .i. motus cōtinua est longe magis p̄tinua erit ea que intelligentiarum est. .i. intelligere. ¶ Quarto. Oē quod opatur q̄nq; : q̄nq; uero non operatur: aut per se aut per accidens moueat necesse est: unde & q̄ nos quandoq; intelligamus, q̄nq; non intelligamus: ex alteratione circa partem sensibilē accidit ut in .8. .ph y. dicit. Substantiæ uero separate nequaq; per se mouent: quippe q̄ non sunt corpora: neq; per accidens, quippe que non sunt unite corporibus. Igitur suum intelligere cōtinuum nō autem intercisum sit oportet. ¶ Punctum Septimū. Similiter quoq; ex dictis liquet angelum aut bonū aut malū nō intelligere discurrendo a magis noto ad minus notū, aut ad notū ab ignoto. Nā cum rerum creatarū uniuersitas graduata sit s̄m inferioritatis superioritatisq; naturam: nec due sint rerum species realiter equales quod generum differentie pre se ferūt: quarum semp una reliqua nobilior est: sicut natura infima ad proximā sibi superiore se habet, ita illa ad aliam usq; ad supremā se habeat oportet. Illum itaq; in substantiis spiritualibus gradum & ordinē tenent: intelligentiæ siue bone siue male: quē in natura corporea celestia corpora sortiuntur. Nam sicut ille supra humanos sunt intellectus quos infimos in eo genere nouimus: ita hec corpora supra corruptibilia sunt: que itidem in corporeo genere infima sunt: unde & celestes mentes a dio. dicuntur. Distāt uero in eo celestia & terrestria corpora: quia hec suam ultimam perfectionē motu & mutatione cōquirunt: illa uero ex ipsa sua natura eam statim nanciscuntur. Sic ergo & infimi .i. hominum intellectus quodā intellectua lis operationis motu siue discursu ueritatis cognitionem nanciscuntur: ut experimur: dum scilicet ex uno cognito in aliud cognoscendum nituntur: qui si statim in ipsa notione noti principii conclusiones inde educibiles omnes agnoscerēt: locum in eis discursus non haberet. Et hoc in angelis sit oportet: quippe qui in his que naturaliter norūt, quecunq; in eis nosci possunt, statim inspicunt: quasi a natura ipsa suam perfectionem statim nacti.

Vnde & intellectuales dicuntur: quia etiam apud nos intelligi dicuntur, que statim naturaliter nota sunt: quo fit ut etiam habitus principiorum que naturaliter statim nouimus, intellectus dicatur: animas uero humanas hoc modo ueritatem non cognoscentes: sed discursu quodam non intellectuales sed rationales dicimus: quod ex influxu superiorum intellectuum aliquid intellectualis luminis participant in principiorum noticia: sicut & elementa mundi a celo circula rem motum utcumque participant: ut de aere consequenter & de igne monstrat stella comata: & de mari fluxus refluxusque. ¶ Nec obstat quod angeli unum per aliud norunt: sicut boni creaturas per uerbum, & mali per suam substantiam & species inditas. Neque enim cognoscere unum in alio uel per aliud: puta speculum & simul uisa in speculo, est discurrere: sed cognoscere unum ignotum ex alio prius noto, hoc discursus est. ¶ Nec. 2. obstat quod superior uirtus, i. angelica possit omnia que & inferior, i. humana: & consequenter sillogizare. Nam superior & inferior uirtus quando eiusdem sunt ordinis, potest superior quod & inferior: alias nequaquam (sicut homo asino superior asinum generare nequeat) nisi altiori modo: & sic angeli sillogizare possunt quod sillogismum cognoscant, & in principiis conclusiones & in causis effectus, & econtra: non tamen sic sillogizant ut ignote rei notitiam sillogizando ex causis in causata uel econtra perquirant. ¶ Non obstat etiam quod apud isidorum demones per experientiam multa cognoscant: experimentalis autem notitia discursiua sit: ut in fine libri posteriorum patet. Nam in angelis tam malis quam bonis experientia per quandam similitudinem dicitur: prout scilicet sensibilia presentia norunt: tamen absque omni discursu.

¶ Punctum Octauum. Sed neque componendo aut diuidendo intelligunt. Nam quod noster intellectus aut discurrendo aut componendo intelligat: ex radice manat quia uidelicet statim in prima rei apprehensione notitia propter intellectualis luminis debilitatem inspicere nequit quicquid in ea continet: sicut enim in ratiocinante intellectu conclusio principii, ita in componente & diuidente predicatum subiecto comparat: & sicut si statim in principio ipso intellectus conclusio nem uideret nequaquam discurreret ut eam uideret: similiter si statim in

apprehensione quiditatis subiecti notitiã haberet oïum q̄ possunt  
 ascribi subiecto ,nō intelligeret cōponendo & diuidendo:uerum  
 solū intelligendo quodquid ē. Cū igit in angelo sit lumen intel-  
 lectuale perfectū:adeo ut in rerū naturaliū notitiã p̄ficere nequeat  
 sed statim eã nanciscat:ut p̄batū est:neq; diuidit,neq; componit:  
 q̄q; & diuisiones & cōpositiones intelligit,sicut & sillogismoꝝ di-  
 scursus :cuius signum dixeris q̄ cū uoces in subiecta creatura cor-  
 poreã formant angeli ,affirmando & negando loquunt:quis nō  
 affirmando aut,negando intelligant . Nec obstat q̄ cōpositio  
 aut diuisio ut in .3. de aia dī:est ubi & intellectuū multitudo :  
 ut in intelligentia que p̄ diuersas species intelligit & nō oia simul  
 ut dicitur. Dico .n. q̄ non omnis intellectuū multitudo cōposi-  
 tionem causat:sed eoꝝ tantū quoꝝ unum aut,alteri attribuit aut  
 ab altero remouetur:quod in angelo est minime:qui rei quidita-  
 tem intelligendo oia simul iutelligit :q̄ nos aut negando aut cō-  
 ponendo de ea possumus intelligere . ¶ Punctum Nonum  
 Non pōt autē in intellectu intelligentie siue bone siue male in  
 ordine ad naturaliter cognoscibilia error aut falsitas interciderē .  
 Nam huius rei ueritas ex superioribus , utcūq; dependet . Nā q̄  
 nec cōponendo nec diuidendo angelus intelligat superius mon-  
 stratum est:sed tātummodo intelligēdo quodquid est.Intellectus  
 uero circa quodquid semp̄ uerus ē:sicut & sensus circa proprium  
 obiectū ut in 3.de aia ari. profiretur. Per accidens tñ in nobis de-  
 ceptio intelligendo quodquid est contingit s̄m. s̄rationē alicuiꝝ  
 cōpositionis :uel cum unius rei diffinitionē ut rei alterius diffini-  
 tionem accipimus:uel cū diffinitionis partes inuicē non coherēt:  
 sicut si pro alicuius rei diffinitione:animal quadrupes uolatile ca-  
 piatur:nullū enim animal tale ē.Et hoc quidem in cōpositis acci-  
 dit :quorū diffinitio ex diuersis sumitur: quoꝝ alterū materiale  
 atq; alterū formale est . Intelligendo aut quiditates immateria-  
 les non est falsitas:ut in .9. met.dī:quippe que uel totaliter nō at-  
 tinguntur & de eis intelligitur nihil:uel cognoscunt , ut sunt . Sic  
 igitur in angelico intellectu per se falsitas esse nequit :per accidēs  
 tamen cotingit alio modo q̄ in nobis . Nos enim quandoq; cō-  
 ponendo & diuidendo ad quiditatis intellectuū uenimus : ueluti  
 cum diffinitionē diuidendo demonstrandoq; inuestigamus quod  
 equidem

equidem in intelligentiis non contingit: sed modo alio. Nam rei quod quid est res omnes que ad re attinent norunt: quod equidem potest esse respectu eorum que rei naturaliter ascribuntur aut ab ea remouentur innotescendi principium: non autem eorum que a supernaturali dei ordinatione dependet. Angeli igitur siue intelligentie bone: recte & ordinate voluntatis cum sint: per rei quiditatem de his que rei supernaturaliter attinent non iudicantes, nisi salua ordinatione diuina, nec in naturalibus nec in supernaturalibus rebus falluntur, seu nec per se nec per accidens falluntur. At uero demones id est: intelligentie male atque damnate per suam perversam uoluntatem intellectum a diuina sapientia subducentes, de rebus interdum absolute sine naturalem conditionem iudicia ferunt: & in his quidem que rei naturaliter attinent non falluntur: decipiunt uero interdum possibiliter quantum ad ea que supernaturalia sunt: sicut si considerantes hominem mortuum non resurrecturum iudicent & uidentes christum hominem deum esse non putent.

**Punctum Decimum.** Circa immaterialia autem intelligentia siue bona siue mala tria cognoscit. Et primo quidem seipsam. Nam & si in actione transeunte materia siue obiectum in quod actus transit ab agente separatim sicut calefactum a calefaciente & ab edificante edificatum: in actione tamen que in agente manet: ad hoc ut ab agente actio procedat obiectum agenti uniaque oportet: sicut sensibile uniri oportet sensui ut sentiat actu: & ita se habet obiectum unitum potentie in huiusmodi actione sicut forma que est actionis principium in agentibus aliis: sicut enim calor in igne calefactionis est formale principium ita spes rei uise (que est res uisa in esse uisibili) in oculo est uisionis formale principium. Considerandum uero est quod eiusmodi species obiecti in cognitiua uirtute quandoque est potentia tantum: & tunc est cognoscens in potentia tantum: & ad hoc ut cognoscat oportet potentiam reduci in actum speciei. Si autem semper eam habeat absque mutatione uel prioris eius receptione nihilominus cognoscere potest. Ex quo inferre liceat: quod moueri ab obiecto de ratione cognoscentis non est in quantum cognoscens est: sed solum in quantum potentia cognoscens. Nihil est differt ad hoc ut forma sit actionis principium an inherat necne: nam species que est intelligendi principium aliquando in

e.

retent in nobis: aliquando autem non inheret sed subsistit: ut in  
deo. Igitur siquid in genere intelligibilium sit forma subsistens  
intelligibilis, intelligit quidē: quia immaterialitas intellectuā uir-  
tutē p̄fert: ut probatū est: & intelligit, quia intelligibilis actu est: &  
a seipso intelligitur, quia sibiipsi intelligibiliter & obiectiue imo  
identice presens est. Angelus autē cum subsistat & immateria-  
lis sit, forma intelligibilis subsistens sit necesse est: cōsequenter &  
& actu intelligibilis: se ergo per se intelligit. Nec predictis obstat  
q̄ dicitur. 6. ca. ange. hieret. dicit angelos ignorare pprias uirtutes: &  
consequenter substantiā propriam. Hoc. n. s̄m antiquā translatio-  
nem dictū est: que per nouam in hoc est correctā: q̄q̄ & illud uere  
sit: ut. s. ignorent angeli suas uirtutes s̄m q̄ ab ordine diuine  
sapientie proficiscuntur, que angelis incomprehensibilis est. Nec  
similiter obstat q̄ intellectuā cognitione que sola angelis adest,  
singularia materialia non intelliguntur a nobis. Singularia enim  
materialia non intelliguntur a nobis nō quia singularia, uerum  
quia materialia potius unde siqua singularia immaterialiter sub-  
sistunt ceu angeli: illa nihil prohibet intelligibilia esse actu. ¶ Se-  
cundo. Circa immaterialia oīs intelligētia intelligit & nouit om-  
nem aliam. Nam substantie separate intelligunt ea que p se sunt  
intelligibilia, ut ostensum est. Per se aut intelligibilia sunt substā-  
tie separate: immunitas. n. a materia facit aliquid esse p se intelli-  
gibile, ut ex superioribus patet. Igitur substantie separate sicut obiecta  
propria substātiis separatas intelligūt: unaqueq. s. seipsam & alias  
unde apud aug. 2 sup gen. ad lit. que in dei uerbo eternaliter pre-  
existerunt, ab eo fluxere dupliciter: & primo in angelicū intelli-  
ctum: p hoc q̄ deus angelice menti. re. quas in naturali esse pro-  
duxit similitudines i fluxit. 2. uero ut in propriis naturis subsisterēt.  
Hoc aut quidam ea ratione posse fieri dicunt: q̄ una intelligentia  
alterius causa sit: prima quidem secunde: & sic deinceps in omni  
autem causa est similitudo effectus & in omni effectū similitudo  
cause. Sed hoc non bñ dicitur. Nā cum intelligentie sine mate-  
ria subsistant, ut probatū est: possunt sola creatione produci: crea-  
re aut solius dei est, ut nunc supponimus: unde p̄ter deū nulla in-  
telligentia alterius causa est: unde una aliā p spēs superadditas

nonificia & se per, se ut dictum est. Et species quidē qua unū  
 aliū nouit ab angelo noto differt cuius est similitudo : quia spēs  
 habet eē intētionale; angelus uero cui⁹ ē similitudo habet eē natu  
 rale & reale. Nec predictis obstat primo q̄ quilibet intellectus an  
 gelicus habet in se aliquā naturā determinatā; & cōsequenter illa  
 uidetur alterius impedire notionē intus apparēs iuxta uerbū ari.  
 in 3. de aia. de humano intellectu si in se aliquā haberet corporeā  
 naturā: aut pupilla aliquē colorē. Non obstat inq̄: quippe uerbum  
 plij intelligit de natura que ita cognoscit q̄ nō est rō cognoscē  
 di, sicut albedo respectu uisus & humanitas respectu intellectus,  
 non autē de ea que est obiectum cognitiū & ratio cognoscēdi, ut  
 lux in pupilla & similitudo humanitatis in possibili intellectu: ta  
 lis enim natura uim cognitiuā nō impedit sed iuuat. Et talis ē an  
 gelica substantia que est rō angelo cognoscēdi se pfecte, & alia l  
 pfecte, unde speciebus superadditis opus est. ¶ Non obstat. 2. di  
 ctum libri de cau. ois intelligentia scit quod est supra se inq̄tū est  
 causata ab eo; & quod est sub se inq̄tum est causa eius: unus autē  
 angelus alterius causa non est: cōsequenter aut uidetur illum nō  
 cognoscere. Non obstat inq̄: quippe ratio cause & causati ad hoc  
 q̄ angelus unus aliū cognoscat facit nihil, nisi ratioe similitudis  
 in qua causa causatiū q̄municāt. unde si i angelis similitudo sine  
 causalitate ponatur: in uno cognitio alterius maneat oportet.  
 ¶ Non obstat tertio q̄ species qua angelus angelum nouit, non  
 uidetur innata: quippe sequeretur si deus nouiter angelum crea  
 rer, ille a prius creatus intelligi non posset: sed neq̄ uidetur ac  
 quisita: quia angeli superiores inferiores cognoscere nō possent  
 a quibus accipiunt nihil. Non obstat inquam: quia deus uni  
 uerso quod fiendum instituerat proportionatam fecit quācūq̄  
 creaturam: consequenter uero si instituisset facere plures ange  
 los uel plures rerum naturas, plures species intelligibiles menti  
 bus angelicis impressisset: seu si edificator domum maiorem fa  
 cere uoluisset, fundamentum quoq̄ maius effecisset. Vnde  
 eiusdem rationis est: q̄ deus adderet aliquam creaturam uniuers  
 o, & angelo speciem aliquā intelligibilē. Si eigo deus uniuerso  
 adderet angelū: cōsequenter aut naturam unā specificā, c. ilibet



**Angelo creato adderet speciem & sicut nūc intelligunt p̄ inditas**  
 tunc intelligerent per inditas & acquisitam, nō a sensu sed a deo.  
**¶** Tertio aut̄ queq; intelligentia naturaliter intelligit deū quoquo  
 modo. Nam tribus modis res aliqua cognosci pōt. Primo p̄ sue  
 essentie in cognoscente presentiam: sicut si lux in oculo uideatur  
 quomodo dictum est intelligentiam seipsam intelligere. 2. per p̄-  
 sentiam sue similitudinis in potētia cognoscitiua: sicut ex hoc uī-  
 detur lapis q̄ in oculo lapidis similitudo resultat, 3. ex hoc q̄ simi-  
 litudo rei non a re ipsa immediate accipitur, sed ab alia in qua re-  
 sultat sicut hominem uidemus in speculo. Prime cognitioni affi-  
 nilatur diuina: qua deū per eius essentiam uidemus: quod natu-  
 raliter creatura nō pōt, ut nunc supponitur: tertie uero ea qua deū  
 p̄ creaturas cognoscimus. i. dei similitudinem in creatura resul-  
 tantem: s̄m illud 10. 1. i. uisibilia dei &c. Vnde deū uidere dicimus  
 in speculo: cognitio aut̄ qua deum angelus p̄ sua naturalia uidet,  
 inter predictas mediat: & similas illi qua res per speciem ab ea captā  
 cernitur: quia enim in ipsa angelica natura impressa est imago di-  
 uina, per suā essentia deū angelus nouit in q̄tum dei similitudo ē  
 sicut si nummus imaginē cesaris tenens se intelligeret cesarē in-  
 telligeret. Nec tñ angelus dei essentia uidet: quippe quam nulla  
 creata similitudo sufficit exprimere: ut suppono.

**¶ Punctum Vndecimum.** Quid uero circa naturalia intelligat  
 bonus aut etiam malus angelus dico q̄ multa. Et quidē primo  
 naturalium rerum species uniuersas cognoscit. **¶** Primo. Nam  
 cū naturali perfectione intellectus eorū statim a sue p̄ditionis ex-  
 ordio p̄fectus sit: utpote statim totus in actu existēs: nec instar n̄i  
 paulatim suā p̄fectionē colligēs (ut mōstratū est) suū obiectum. i.  
 eas intelligibile uniuersaliter p̄prehendat oportet: alioquin si qd  
 sub ente contentū nō attingeret: q̄tum ad illud attineret in potē-  
 tia esset & nō in actu. Sub ente uero intelligibili ē reze corporeae  
 quum nature & spēs cōtinent: sunt. n. uera & uere entia. eas igit̄  
 oēs substantie separate cognoscūt. **¶** Secdo. Nam cū reze species si-  
 cut spēs numerorū distinguunt̄ ex. 8. met. & patet: quia ordine quo-  
 dam p̄sistunt nec due sunt equales (ut probatū est) oportet ut cūq;  
 in superiori spē quod inferioris est cōtinerit: ceu numerus maior cō-  
 tinet minoriē. Cum igitur supra substantias corporeas oēs sine

substantiæ separate: quæcūq; in substantiis corporeis sunt per modum materialē in separatis sint oportet p modum intelligibiles quod. n. in aliquo est, per modū eius in eo est. Intelligunt igitur angeli tam boni q̄ mali oēs materialium rerū species & quæcūq; eis insunt. ¶ Tertio. Si substantiæ separate celestia corpora mouēt ut phi posuere, omne ex celesti corpore pullulās & emergens, ip̄sis quidē corporibus sicut instrumentis ascribitur (mouent. n. mota) ip̄sis autem intelligentiis sicut principalibus agentib⁹ attribuitur oportet: mouent. n. celos. Causant uero omne tale per celos eo modo quo artifex suum opus per sua instrumenta, per intellectum scilicet: agunt. n. & mouent per intellectum & uoluntatē: cū in eis aliæ non subsint uires. Intelligunt ergo omnia que uel generantur uel etiā corrumuntur. Nec obstat si que intelligentie celos immediate non mouent: quia cū motrices sint de infimis deputantur. n. corporib⁹ administrandis: mouentū actio ab aliis superioribus p̄det: sunt. n. oēs subinuicē posite: ut monstratū est. Si uero generabilia quasi proprios effect⁹ corruptibiliaq; cognoscunt: longe magis ip̄sas celestium corporum species ac si instrumenta propria nouit. Nec obstat q̄ res materiales ex hoc uidentur perfectione esse immaterialū: intellectum. n. perfectio ē intelligentis. Non obstat inq; quippe res intellecta intelligentis perfectio non est nisi similitudinis sue gratia quam in intellectu habet. non enim qui extra animam est lapis intellectū nostrū perficit: sed lapidis similitudo: que nostro intellectui insidet. Similitudo ergo rei materialis in angelico intellectu existens, forma & perfectio eius est: & hoc non absurdum sed uerum est.

¶ Secundo uero intelligentie tam bone q̄ male non species modo omnes corporee nature norunt: uerum etiam & singularia cūcta. Quia enim rerum similitudines in earum intellectibus uniuersaliores & efficaciores, sunt ad rerum noticiam q̄ in nostro: per eas res naturales non modo s̄m rationē generis uel speciei norunt: ut noster intellectus uerum etiam s̄m indiuidua.

¶ Primo. Cum. n. rerum species in intellectu existentes immateriales sint oporteat: secundum q̄ in nostro intellectu sunt, cognoscendi singularia per materiā indiuiduata nequeūt esse principium: sunt enim uirtutis adeo contracte & coartate: ut una in

tunus solum notitiam ducat unde quemadmodum generice nature similitudo in cognitionem generis ac differentie ducere non posset, ut si per animalis specie etiam rationale nouerimus ut per eam species noscatur: ita quoque specificie nature similitudo in notitia principiorum speciei & indiuiduatum que sunt principia materialia ducere non potest: ut per eam indiuiduum in sua singularitate noscatur, immo ex abstractione ab his causatur: unde in ea ducere nequit. Similitudo uero in intellectu substantie separate: cum sit uirtutis uniuersalis una & immaterialis existens in principio: speciei notitiam & indiuiduantium ducere potest: adeo ut per eam intelligentia non generis modo & speciei naturam possit suo intellectu comprehendere: uerum etiam & indiuiduorum omnium: consequenter autem nec infinitorum indiuiduorum habet species infinitas: eius modi .n. species non est ab indiuiduis abstracta: unde sicut affirmatio in nobis singularium ignorantiam ponit, ita in angelis non abstractio tollit. ¶ Secundo. Nam intelligibiles rerum species, & ad nostrum & ad angelicum intellectum ordine contrario ueniunt quippe ad nostrum per uiam resolutionis .i. abstractionis a conditionibus materialibus indiuiduantibus ueniunt: unde per eas singularia a nobis nequeunt cognosci: ad angelicum autem ueniunt quasi per uiam cognitionis: habet .n. species ex assimilatione sui ad primam intelligibilem speciem diuini intellectus, que a rebus equidem abstracta nequaquam sit oportet: uerum potius rerum factiua est: factiua inquam non modo quo ad formam: uerum etiam quantum ad materiam indiuiduandi principium. Species igitur intellectus angelici etiam indiuiduandi principia respiciunt: unde singularia cognoscit quod ea nos non cognoscat. ¶ Tertio. Quod inferior uirtus potest & superior utique possit necesse est: quod altiori modo si altioris & alterius ordinis sit: quo fit ut uirtus inferior plerumque per plura quam superior operetur: & quanto inferior, per plura per pauciora uero quanto superior: unde una uirtus sensus communis apprehendit omnia que quinque exteriores sensus apprehendunt. Anima autem humana substantia qualibet separata nature ordine inferior est: & ipsa per duo principia intellectum uidelicet & sensum & uniuersalia & singularia nouit. Eodem ergo modo hec omnis intel-

**I**ngentia nouit, uel alioxi id est potentia uita cognitius quam so-  
lam habet. ¶ **Q**uinto. Si a spiritibus separatis apud philoso-  
phos mouentur celestia corpora : & per intellectum ac uoluntate  
agunt & mouent (quod uires alias non obtineant) mobile a se mo-  
tum cognoscatur oportet, quod singulare quoddam sit oportet, si  
mouetur: sicut etiam per motum renouati singularia quedam  
sunt, nec ignorari ab ea substantia possunt, que per intellectum ad  
hos mouet, & multo minus a superioribus: que etiam celesti mo-  
tu producuntur singularia corruptibilia norunt illi motores, cum  
ut artifices ea producant. Singularia ergo horum materialium  
norunt intelligentie: siue bone siue male sint. ¶ Non cogno-  
scunt uero intelligentie in spiritualibus uel corporalibus primo  
quidem futura in seipsis id est ut aliquando erunt in suis existen-  
tiis. Nam angeli in suis causis futura longe acutius quam nos pos-  
sunt agnoscere: & certe si ex eis necessario emergant, ut crasti-  
nus ortus solis: predicturaliter uero que ut in pluribus, nullo ue-  
ro modo que raro eueniunt. In seipsis uero futura nouisse  
dei solius est: non solum que necessario uel in pluribus sed etiam  
que casualiter & raro emergunt. Nam in sua eternitate que  
toti tempori adest, illudque concludit, deus omnia uidet sem-  
per eodem modo: alioquin si futuro in esse posset nouo modo illud  
uideret sua uisio non esset tota eterna: sed cresceret: quilibet au-  
tem intellectus creatus ab ista eternitate deficit: & consequenter  
ab huiusmodi cognitione que eternitatem consequitur: quia quod  
sub tempore est (ut aliquo modo omne euerternum in quo suc-  
cesso aliqua sit oportet: ut probabo pene statim) non potest ha-  
bere presentia omnia que toto tempore fiunt. Unde diuinita-  
tis insigne est nosce futura, isaye. 12. Annunciate que uen-  
tura sunt in futurum: & sciemus quia dii estis uos. ¶ Nec obstat  
quod intellectus angeli est supra tempus: cuius differentie sunt pre-  
sens & futurum: & parificatur intelligentie eternitati id est eorum  
ut dicitur in libro de causis. Dico enim quod intellectus angeli  
& si est supra tempus physicum continuum quo motus corpora  
les metimur: non tamen supra sed infra discretum est, quo succes-  
sio intellectuum & uolitionum angelicarum mensurantur.

**nōn. n. intelligunt angeli oīa simul: ut probabitur de quo tempo**  
**re aug. 8. super gen. ad lit. deus inquit creaturā spirituale mouet**  
**p̄ tempus. ¶ Non obstat. 2. q̄ angelus per species uniuersales &**  
**a rebus non acceptas intelligat: que equaliter ad presens & futu-**  
**protenduntur. Dico enim q̄ licet de se equaliter ad preterita pre-**  
**sentia & futura se habeant: contra tñ ista ad illas nō eodē modo**  
**se habent: nam p̄sentia quidē naturam habent qua speciebus intel-**  
**lectus angelici simulentur, & per eam nosci possunt: preterita uero**  
**eam aliqñ habuere sed futura nunc. Vnde per eas agnosci neque-**  
**unt nisi ponantur in esse: & cōsequenter actu simulentur. ¶ Non**  
**obstat 3. q̄ sicut s̄m locum ita & s̄m tempus dī aliquid distans:**  
**nec intellectiōnē angelicam impedit distātia prima, & consequē-**  
**ter nec secunda. Dico enim q̄ non est simile de utraq; distan-**  
**tia: quippe que loco distant in rerum natura sunt, & speciem ali-**  
**quam p̄cipār cuius similitudo in angelo est: quod de distātibz**  
**tēpore. i. futuris uerū non est. Non cognoscunt etiam cordium**  
**cogitationes angelice ille mentes. i. uolitiones & intellectuōes: ut**  
**sunt uoluntarie: quia naturaliter oīa per substantiā suam aut spēs**  
**inditas norunt: quibus cogitationes a uoluntate depēdentes non**  
**colligantur sicut causis colligantur effectus: sed soli deo ut cause**  
**subiciunt & uoluntati: hoc tñ intellige s̄m aug. in lib. de diuī-**  
**demo. nisi cogitationes in corpore signa relinquunt: quia iam**  
**talia colligationem habēt ad species angelici intellectus mouen-**  
**tis oīa corpora. Pauce uero (meo iudicio) sunt cogitationes spi-**  
**ritibus malis occulte: propter ingenii angelici sagacitatē. Quin**  
**etiam cauendum est ne quis intimis suis cogitationibz fidat: qua-**  
**si nesciat perfidus hostis, quid homo intendat: interdum. n. ipse**  
**cogitatus suggerit: & inde eos saltē cōiecturaliter & probabiliter**  
**nouit. Nec obstat q̄ angelus species intelligibiles anime uel al-**  
**terius norit quoz nouit substantiā & accidentia: quia non sequit̄**  
**q̄ norit quomodo angelus uel aīa speciebus intelligibilibz uolū-**  
**tate utatur: immo licet angeli cognoscant actum appetitus bruta-**  
**lis qui nō est liber, sed alterius cause corporalis uel spiritualis im-**  
**pressionem sequitur quam angelus nouit: non tamen sequitur q̄**  
**nouerit motus appetitus sensiciui hominis, & apprehensionem**  
**fantasticam, secundum q̄ a ratione & uoluntate mouetur: quia**  
**etiam**

etiam inferior pars anime quoquo modo ratione participat, sicut  
obediens imperanti: primo eth. Nec tamen sequitur qd si ange-  
lus id quod in fantasia uel appetitu sensitiuo hominis est nouit,  
id noscat quod in cogitatione aut uoluntate est: quia uoluntas &  
ratio appetitui sensitiuo & fantasie non subiacent: sed eis diuersi-  
mode uti possunt. ¶ Punctum Duodecimum. Cogno-  
scit uero intellectus angelicus simul omnia que una specie cogno-  
sci non autem que pluribus. Sicut enim unitas termini ad uni-  
tatem motus, ita unitas obiecti ad unitatem operationis requiri-  
tur: una ergo operatione multa & sensu & intellectu noscuntur ali-  
quando quia aliqua ut unum & ut plura accipi possunt: ut partes  
continui: que plures sunt si quelibet seorsum capiatur, nec simul  
nec una operatione aut sensu aut intellectu noscuntur: sed si capi-  
antur ut sunt unum in toto, unum sunt & una operatione sensu  
& intellectu noscuntur ut patet in tertio de anima. Sic etiam in-  
tellectus noster simul subiectum predicatumq; cognoscit, ut par-  
tes sunt unius propositionis: & duo comparata ut in comparatio-  
ne una conueniunt. Igitur multa ut distincta non possunt si-  
mul intelligi: sed ut in intelligibili uno uniant, simul intelliguntur.  
¶ Vnumquodq; autem actu intelligibile est, sicut qd eius species in  
intellectu est: consequenter autem quecuq; per unam speciem in-  
telligibilem cognosci possunt, ut unum intelligibile cognosci  
possunt, & consequenter simul cognosci: que uero noscuntur per  
species diuersas, ut diuersa intelligibilia noscuntur: nec simul no-  
scuntur. Angeli ergo boni quantum ad notitiam habitam in uer-  
bo diuino, simul norunt quecuq; norunt: quia una specie id est  
diuina essentia norunt: quantum ad notitiam uero qua boni aut mali  
res per innatas species norunt, ea simul intelligunt que una spe-  
cie norunt: ut saltem unam specialissimam speciem cum suis in-  
diuiduis, aut etiam subalternam, aut genus: prout speciebus al-  
terioribus intelligunt. Ex his liquet qd demon quicunq; etiam mi-  
nimus nouit omnia que dicam cum suis uiribus & proprietatibus:  
primo omnia elementa. secundo omnia metalla. tertio omnes la-  
pides. quarto omnes herbas. quinto omnes plantas. sexto omnia  
reptilia & animalia terre. septimo omnes aues. octauo omnes pi-  
ces. nono omnes Orbes & motus celorum, decimo omnes &

Q

lingulas stellas & constellationes & aspectus celestes ac influxus  
ultimo omnes substantias immateriales, & ut dictum est omni-  
um horum uirtutes.

**¶ Demones naturali uirtute esse potentissimos. Ca. 14.**

**I**n substantia spiritali tres tantum esse potentias notum  
est: intellectum uoluntate & uirtutem: que tamen a uo-  
luntate minime secernitur re ipsa: sed ratione tantum-  
modo. Et de uoluntate quidem eorum ibi actum est  
ubi & probatum quod sint aliquę intelligentię male de eorū uero intel-  
lectu capitulo priorē. Quantum autem se eorum extendat natura-  
lis uirtus seu potestas nisi a deo comprimatur: paucis punctis eluceat.  
**¶ Punctū Primū.** Angelus et bonus et malus potest moueri ex  
loco in locū: licet equiuoce nobiscū aut corpori Angelus enī in  
loco esse potest: ut experientia docuit de bonis: qui in aliquibus  
corporibus assumptis apparuerunt: ut patebit et de malis, qui aliquā-  
do humana corpora obsident: & preterea ipsi philosophi intelli-  
gentias ponunt in orbibus celestibus ab eis motis: alioquin ea nō  
mouerent: cum mouens & motum oporteat esse simul. 7. phy.  
Non tamen est Angelus in loco eo modo quo corpus. s. sua quan-  
titate molis replendo spatium loci quia hanc intelligētia non habet  
sed alio modo. i. sua quantitate uirtutis quo spiritalia corporalia  
tangunt: sicut uerbum ferens conceptum mentis tangit cor: aut  
dolore aut gaudio afficiēs: immo & corporalia distantia: sicut lu-  
na lunatici caput sua uirtute contingit. Vnde Angelum esse in  
loco est contactu uirtutis attingere locum, uel mouendo, uel or-  
nando, uel presidendo: quomodo etiam litterę diuine in celo esse  
angelos asserunt. Quod autem est in loco nisi sit infinitum attingens  
omnem locum, cuiusmodi non est intelligentia creata (ut  
supponitur) nisi etiam sit loco determinato. alligatum a natura,  
ut forte motores celorum determinate partium: uel etiam a uolētia, ut  
aliqui demones a deo ligati sunt in inferno: uel a superioribus spiri-  
tibus etiā malis in apullis uel anulis & eiusmodi. Quod iquā sic est  
in loco, necessario potest moueri in loco: quia si in loco est aliquo quia  
ibi operatur, si desinit operari ibi, & in alio loco operetur, necessario

alio loco erit ut angelus qui erat sodome dum illam evertebat, si deinde evertisset nivem ab uno loco ad alium transiisset: quod est localiter moveri. Vnde angelum esse in loco est operari in loco moveri aut localiter est successive operari in diversis locis: quod est equivoce moveri localiter nobiscum & corpori. ¶ Punctum secundum. Potest autem in suo locali motu angelus transire per medium, & ab extremo in extremum sine medio. Nam in motu locali angeli. i. in successione operationum eius vel contactuum spiritualium ad loca diversa, cōtinuitas adesse potest & et abesse. Adesse quidem: nihil enim prohibet angelo assignare locum: diuisibilem per contactum indiuisibilis sue uirtutis: sicut deus indiuisibilis totum mundum tangit, & anima totum corpus quod uiget: sicut etiam corpori assignatur locus diuisibilis ratione sue magnitudinis. Vnde sicut corpus successive & nō simul locum prius a se occupatum deserit, consequenter uero exinde in locali motu eius cōtinuitas causatur & adest: ita etiam intelligentia successive locum diuisibilem assignatum deserere potest: & sic cōtinuus motus eius erit. Potest etiam cōtinuitas abesse: potest enim locum etiam diuisibilem simul totum deserere, & toti alteri loco simul se per cōtactū applicare: quia sua operatio ex parte operantis indiuisibilis cū sit sicut & oīs intellectio ac uolitio, simul tota incipit & simul tota desinit. Quęcumq; uero ari. de motu dicit in libris phię naturalis sunt dicta de motu corporum: utpote qđ mobile est diuisibile, & dum mouetur partim est in termino a quo & partim in termino ad quem: qđ & hoc secundum in motu angelico continuo admitti potest: modo partialitas non ad substantiam angeli aut eius uirtutem uel operationem in se referatur; sed ad obiectum seu locum occupatum, & ad operationem consequenter ex parte obiecti non in se uel ex parte angeli. Si igitur cōtinuus sit motus angelicus, necessario angelus ab extremo in extremum motus medium transit: medium enim ut. 6. phy. liquet, est in quod prius uenit quod continue mutatur: sordo enim prioris & posterioris in motu continuo, est secundum ordinem prioris & posterioris in magnitudine: ut phy. 8. liquet. Si uero motus angeli cōtinuus non sit, potest ab extremo in extremum transire medio non transiro.

Q. ii



¶ Nam angelum sic ab extremo in extremum transire, est illam operari prius in uno extremo postea in alio: hoc autē facere potest absq; hoc q̄ operetur in medio: quia cum libere operetur (ut probatum est) deserto uno loco poterit alteri ad libitum applicari: unde si nunc in oriente operetur, & statim post in occidente, erit pene subito ex illo ad illum locum sine medio motus. Immo impossibile est in motu discreto quin omittat medium: ut dicitur tho. demonstrat. 1. q. 53. ar. 2. sed bona ratione pertransco. Et his uero patet q̄ angelus a loco maxime distantia ad alium maxime distantem, uelocissime potest moueri: immo eque uelociter ad distantem ut ad propinquū: cum eius moueri sit eius operari ubi autem cessat operari alicubi, potest ad libitum alibi operari: cum ipse de se non sit in loco, & consequenter equaliter omni loco sit propinquus ubi desinit alicubi operari. Infinita subtilissima de re hac dici potuissent: sed sicco pede transco: quia ad nostrum institutum non sunt necessaria.

¶ **Punctum Tertium.** Etsi angelus bonus uel malus localiter moueri nō potest tñ corpoream materiā pro suo uoto mutare formaliter. i. de forma in formam, sine medio agente corporeo. Nam illud in primis sciendum est platonicos existimasse materiales formas: ut asini, bouis, lapidis, & eiusmodi ex immaterialibus formis causari: quippe q̄ materiales formas participationes quasdam existimantur immaterialium formas: quos q̄tum ad aliquid auct. sequutus posuit omnes formas que in materia sunt, a conceptione procedere intelligentie, & agentia corporalia solū ad formas disponere. Qui in hoc uidentur aberrasse: q̄ formam quasi aliquid per se factam putarunt: ut sic ab aliquo formali principio quasi a sibi simili procederet. Verum ut in septimo metaph. probauit ari. compositum est quod proprie fit: sicut & compositum est quod proprie est. quasi subsistens: forma autem nō est proprie nec ens dicitur quasi ipsa sit uel existat, sed quasi id quo aliquid est: consequenter autem nec ipsa proprie fit: proprie enim id fit, quod quando factum est proprie est: cum fieri sit uia ad esse: sicut proprie mouetur ad terminum quod proprie illum attingit. Cum igitur factum sit similefacienti (agit enim sibi simile agēs omne) id quod res naturales efficit, similitudinē habet cum composito

64  
quod proprie fit & est: uel quia est oppositum, sicut ignis generat ignem  
uel quia in sua uirtute totum compositum quantum ad materiam &  
formam habet: quod dei solius est proprium. Igitur omnis informa-  
tio materie cum sit a producente compositum: uel a deo est immediate,  
uel ab aliquo agente corporali: non autem immediate ab angelo.

¶ Nec huic puncto obstat primo quod conceptioni anime obedit ma-  
teria corporalis: sicut ex conceptione anime corpus ad calorem aut  
frigus aut uenerem immutatur: & multo magis ad conceptionem  
intelligentie, & consequenter ei obedit ad nutum. Dico enim  
non esse simile: quippe anima nostra corpori unitur ut forma: con-  
sequenter autem non est mirum si ex conceptione eius transmutatio  
preferat cum motus sensitiui appetitus, qui cum quadam transmuta-  
tione corporea fit, subdatur rationis imperio: angelus autem non  
sic se habet ad corpus. ¶ Nec obstat secundo quod corpus materiam  
ad formam aliquam transmutare potest: ut cum ignis ignem generat  
consequenter autem id uidetur posse superior uirtus intelligentia.

Dico. n. quod superior uirtus id potest quod & inferior, sed solum excel-  
lentiori modo quando ad ordines diuersos attinent, sicut intelle-  
ctus sensibilia nouit longe excellentiori modo quam sensus: & simili-  
ter angelus materiam ad formam transmutat excellentiori modo quam  
corpus: id est mouendo agentia corporalia tanquam causa superior.

¶ Nec similiter obstat tertio quod tota natura corporea angelicum  
instrumentum est, ut patuit: consequenter autem in inferioribus ef-  
fectibus aliquid est ex uirtute principalis agentis angelici quod attingere  
nequit instrumentum. id est agens corporeum: & illud est principale  
in effectu: sicut instrumentum aie calor naturalis digerit quidem, carnem  
tamen anima sua uirtute generat: consequenter autem principale in effe-  
ctibus corporalibus. id est forma substantialis ex uirtute est angelica. Non  
obstat inquit: quia nihil prohibet angelica uirtute in rebus naturali-  
bus aliquos sequi effectus ad quos agentia corporea nequaquam suffice-  
rent: hoc tamen non est materiam obedire angelis ad nutum (sicut  
nec coquo obedi materia ad nutum, qui per ignem arte mode-  
ratur, aliquem decoctionis modum operatur: quem per se ignis  
efficere nequiret) cum reducere materiam in actum forme substan-  
tialis non excedat uirtutem corporalis agentis: quia simile sibi fa-  
cere natura est: unde dicit ang. 3. de tri. Non est putandum istis natu-

gressibus angelis ad nutum seruire hanc uisibilem retum materiam: sed deo soli. ¶ Punctum quartum. Obediunt autem inferiora corpora angelis etiam malis ad nutum, quo ad motum localem. ¶ Primo. Nam experiētia nos docet totam naturam creatam graduatam & ordinatam a deo esse: consequenter autem quod in inferiori sit oportet: & in his scilicet supremo & infimo nature etiā spirituales uniuertur suo modo, sicut corpora p sua ultima sunt simul: sicut in anima nostra uidemus supremum esse id quod angelis cōuenit. s. principium intelligere sine discursu. Videmus etiam in elementis supra naturalem & proprium motum realem esse circularem qui celo est proprius: quod & dio. nō latuit quippe qui in .7. ca. de di. no. dicit q̄ sapientia diuina coniungit fines primorum principis secundorum: ex quo patet q̄ natura inferior in sui supremo a superiori quodam suo modo contingitur. Natura uero corporea spiritali inferior est ( ut liquet ) quia spiritus corpus uiuificat & mouet. ac nobilitat. in corporea autem natura inter omnes motus supremus est localis: ut probatur in .8. phy. cuius etiam ratio est: quia mobile secundum locum non est in potentia ad aliquod intrinsecum in quantum huiusmodi, sed ad extrinsecum solum. i. locum: nec a mobili aliquid abiicit absolutum sed relationem tantum. uel ubi. Igitur natura corporalis nata est a spiritali immediate moueri secundum locum: quod etiam in anima experiri licet: que corpus attingit ut motor medio locali motu cordis. Vnde & philosophi localem motum supremorum corporum intelligentis ascripserunt: & aug. dicit in .3. de tri. q̄ angeli adhibent femina corporalia ad effectus aliquos producēdos quod nisi per localem motum esse nequit. ¶ Secundo. Nam quod potest maius, utiq; & minus possit oportet. Sed angelici spiritus & quidem etiam de infimis possunt maius. i. mouere celestia corpora, secundum philosophos & sententiam domini, dicentis uirtutes celorum in die iudicii mouendas. i. amouendas a corporum celestium motione. Ergo utiq; possunt minus id est mouere corpora inferiora. ¶ Tertio. Nam quod natura inferior potest utiq; superiorem posse licet altiori modo necesse est: ut ex dictis patet. Sed natura inferior. i. anima rationalis aliquod corpus inferius localiter mouet ad nutum: ut suum corpus immediate & p

**Illud alia. Ergo & angelus siue bonus siue malus. Et si dicatur quod**  
**antiq̄ concluditur angelum posse mouere aliquod corpus ut mo-**  
**bile proprium id est celum, & per illud alia & nō aliter hoc nihil**  
**est quia angeli habentes mobile proprium & proportionatū, sūt**  
**infimis supra quos inumeri sunt (ut supra ostēsum est) qui i mouē.**  
**do excedunt p̄portionem mobilis celestis: & cōsequenter nō limi-**  
**tātur ad motū celi, sed eis & celi & oīa corpora obediūt ad nutū**  
**locali motu ita tñ q̄ celū solū ad motū uno modo: quia alias or-**  
**do nature euerteretur: alia nero. i. inferiora ad oēm partē sine de-**  
**trimēto mouere possunt: modo totū unū elemētū de loco suo nō**  
**mutēt: q̄d nequīt quia sic h̄y ordo idit̄ nāe a deo. ¶ Quarto. Quā**  
**to motor altioris est uirtutis tāto mobile ei p̄portionatū alti⁹ est**  
**Vnde & apud philosophos motor sperę lune speram solis superio-**  
**rē mouere nequiret: & sic de reliquis. Sed intelligētie sunt altiores**  
**anima humana, que determinata est imediate ad corpus unū mo-**  
**uendū humanū. s. Ergo intelligentie imediate mouere possunt hu-**  
**manum & aliquid altius: & consequenter oīa inferiorā humano.**  
**¶ Quinto. Anima humana mediate uel imediate pōt mouere oīa**  
**inferiora uel ex toto uel in partes: & successiue oē totū mixtum, ēt**  
**tutrim. Ergo a fortiori angel⁹ ēt sathane & altiori modo. ¶ Sexto**  
**Nā idē sacris litteris & xp̄ianis tractatoribus patet: apud quos du-**  
**biū nō est demonē esse tāte uirtutis, ut nō unū modo uerū & mul-**  
**tos hōies simul & pene subito possit ad distantia loca portare: &**  
**nil mirū, quia demones angelis bonis sunt in naturalibus pares &**  
**interdū maiores: cū de oībus ordinibus ceciderint: & inter oēs su-**  
**premus. Vñ & demon apud multos catholicos expositores, xp̄m**  
**ex deserto in iēplū & inde in montē excelsū portauit luc. 4. &**  
**itidē angelus bonus portauit ab achuc dan. 8. Nec scriptura aut san-**  
**cti ascribūt hoc uirtuti dei: sed naturali angeli: que ēt in malis est.**  
**Itē cyprianus adhuc malus p̄ demones iustinā uirginē habere tē**  
**tabat: h̄ nequiret quia signo crucis munita p̄ualebat. Idē ēt i uita**  
**beati iacobi p̄ de hermogene & phileto. Nostri ēt t̄pis magi cre-**  
**bro ad longinqua loca a demone ferunt: quinimmo & alios secū**  
**nolentes per ethera in caballo fremente. i. in demone sub for-**  
**ma caballi per aera uehunt, monitos primum ne crucis signo se-**  
**muniant: sicut & de scientia certa henri. instito. sic refert. Quā-**  
**dam scolaris tunc nunc sacerdos frisingensis diocesis, adhuc ut**

**creditur** uinens, referre solitus erat semel se a diabolo ad partes re-  
 motas per aera delatum. Alius quoque sacerdos superest in obur-  
 dorum opido: qui illius cōfodalis existens dictam subuersionem  
 corporeis oculis uidit, qualiter .s. clamans & eiulans sublatis in  
 celū lacertis ferebatur: & hac ex causa. Congregatis .n. multis sco-  
 laribus in ceruisie potagiis, concordarunt ut portator ceruisie ni-  
 hīl exponeret: unus ergo pro ceruisia conatus exire densissimam  
 nubem in ipsa hostii apertioe statim offendit: qua territus statim  
 rediit: & potum ferre omnino recusauit. Etsi diabolus adesset  
 respondit alius, potum afferam: & sic egressus, omnibus aliis uide-  
 tibus in aera subleuatus ferebatur, clamans & eiulans. Et in ui-  
 ta beati petri de simone mago patet: quem quasi uolantem ex ca-  
 pitolio demones efferabant: quem petrus intelligens a malignis  
 spiritibus portari, eos adiurauit per christi nomen ne illum defere-  
 rent: & statim illis obedientibus christo, magus corruit. Quidam  
 quoque cuius nomen quia adhuc uiuit taceo: & qui inde conuersus  
 habitum sancte religionis excepit: cum post uirginem quandam  
 insaniret. eius ei copia promissa est a strigimaga, si se portari  
 sineret ad ludum. Quo assentiente equus fremens per aera lon-  
 ge tulit, transeuntem terras flumina & loca que nunquā uiderat, &  
 que deinde uisa recognouit: & uirgine similiter delata potitus ē  
 quis dei miseratione nunc peniteat. Et de huiusmodi experie-  
 tie, infinite sunt: quas negare insanire est. Ex his uero sequitur: quod  
 quecūque locali motu inferiorum corporum effici possunt, diabo-  
 lus possit efficere: sicut potest domum aut urbē succendere: quia  
 ignem ferre potest & admouere. Videatur etiam infra libro secū-  
 do. capi. primo. puncto quinto & puncto octauo.

**¶ Punctum Quintum.** Angelos etiam malos corpora posse  
 assumere & in speciebus diuersis apparere. Primo. Nam que  
 cūque locali motu corporum inferiorum effici possunt, diabolus  
 potest efficere: ut statim patuit. Eiusmodi autem est effictio cor-  
 poris quod uideatur humanū uel leoninum, aut lupinum & eius-  
 modi. Nam huiusmodi corporum similitudo in figura & colo-  
 re consistit: per motum autem localem fieri posse figuram, nullū  
 dubium: immo ipsam nisi per localem motum addendo, subtra-  
 hendo, mutando, aut disponendo fieri posse clarū est experientia  
 ceteris

teste: similiter per motum locale induci posse colores testatur op<sup>o</sup>  
 pictorum, per sua instrumenta corpora colorata admouendo. Igi-  
 tur in quacūq; specie possunt demones apparere. Et ulterius ut pa-  
 tebit. possunt iste apparitiones fieri in sola fantasia. ¶ 2. Nam cum  
 spiritualis natura corpore superior sit, ab ea obedientiam habeas  
 oportet. Sed hāc nō habet q̄tū ad augmentū uel alterationē, sicut  
 nec q̄tū ad formarū susceptionē: ut patuit supra. Ergo eam q̄tum  
 ad motum localem habeat oportet: cū his solis motibus obediata  
 motu uero locali per condensationē & rarefactionē & applicatio-  
 nem actiuorū naturalium corpus omne figurari & colorari potesta-  
 ut in nubibus de utroq; experimur: & cōsequenter angelus in om-  
 ni specie apparere potest. Et de his apud diuinas litteras & catholi-  
 eos tractatores nō est dubiū: quia angeli boni crebro leguntur in  
 diuersis formis apparuisse: & in eos teste paulo se transfigurari an-  
 gelus sathane: unde apud greg. in dia. moniali i forma perpulcra  
 et tenere lacte apparuit: antonio uero in forma disci argentei, &  
 pueri parui & huiusmodi: & cuidā heremite in forma speciose pu-  
 elle, adeo ut allectus ad nephādum actum se ultima dispositione  
 pararet: & tunc euanuit & intrisit brutalem uirum, cui induxit uelle  
 et subtraxit posse coire. ¶ An uero huiusmodi corpora uera cor-  
 pora sint: utiq; dicendū est q̄ sic ueritate figure & colorū (alioquin  
 exterioribus sensibus nō uiderētur) & ueritate alicuius nature cor-  
 pore: quia sine subiecto accidentia illa. i. figura & color non subsi-  
 stent: nō autē ueritate nature quā pre se ferūt: ut. i. sint uera huma-  
 na aut leonina aut eiusmodi corpora: alioquin nō subito interire  
 et in fumū resolui possent. ¶ Ex qua uero materia eiusmodi cor-  
 pora sumantur: dicendum est cōmuniter fm theologos q̄ nō ex ter-  
 ra: quia nequirent statim resolui: neq; ex aqua eadem ratione: neq;  
 ex igne, quia tangentes urerent: sed ex aere. Cuius signā dixeris q̄  
 nōnulli huiusmodi corpora gladio perfodere aut trūcare. amixi,  
 id nequuerunt: quia partes aeris diuisi statim cōtinuātur. Aeris tū  
 nomine omnē uaporē q̄tūcūq; grossum intelligimus. Sicut uero  
 circa se eiusmodi corpora effingunt, ita & circa hoies possūt effin-  
 gere: ut in diuersis speciebus & ipsi uideantur, aut etiā occultētur,  
 et reddantur inuisibiles. Cui ueritati etiā maro fingēdo attestatur,  
 qui nube sepsit aeneam.

R. i.

**C** Punctum sextū. Quid uero possint demones circa hoīes ex di-  
ctis ostensurus dico multa. ¶ Primū. Angelus bonus hominē po-  
test illuminare: ut apud oēs catholicos confessum est: nec in hoc  
nos laborare oportet: maxime quia instituto nostro parū aut ni-  
hil auxilii cōfert: angelus uero malus cū naturali uirtute ea possit  
que & bonus hominē posset illuminare si uellet eius intellectū cō-  
fortando: omnis enī uirtus inferior a superiore fouetur & uigo-  
ratur, sed eius peruersa uolūtas istud minime patitur: quia cū uelis  
hominis deceptionē, uelle nequit luminis intellectualis ei⁹ uigora-  
tionē, que deceptionē repugnat: potest uero hominē docere ordi-  
nando species intelligibiles ac imaginarias, tā bonus angelus: bo-  
no fine ut doceat q̄ malus malo fine ut fallat: unde in hoc inuast  
hoīem ut sciat dubitare: de uero eū deserit ne sciat iudicare: &  
ide i desperationē deducatur in scrupulosis facit. ¶ Secundū. De  
uolūtate uero hoīs nihil dico: cū planū sit eā a creatura aliqua effi-  
caciter in aliquid cogi nō posse. ¶ Tertū. De hoīs uero fantasia  
et sensibus. multa scribenda occurrūt. Nam euidentibus indiciis ex-  
perimentisq; liquet, uirtute demonū hominib⁹ aliqua sensibilliter  
ostēdi: quod equidē q̄q; per id fit, q̄ demones exteriora quedā  
corpora humanis sensib⁹ exhibēt: uel q̄ preexistāt a natura forma-  
ta uel que ipsi formant per naturalia semina, modo iā explicitos  
et in hoc nullū nisi insanis est dubiū. Dupliciter aut hoīm sensus  
demones imutare & possunt & assuenerūt. Nam dupliciter sensus  
imutatur: uel ab exteriori: ueluti cū imutatur a sensibili: uel interio-  
ri: quē admodū uidemus q̄ perturbatis spiritibus & humorib⁹, sen-  
sus quoq; imutatur: lingua enī febricentis oīa amara sentit: quippe  
que humore colerico plena sit. Frenetici etiā mira se uidere putāt  
utroq; autē modo sua naturali uirtute angelus cum bonus tū etiā  
malus hoīm sensus imutare potest: quippe qui sensui exteriori sen-  
sibile aliquod pōt opponere, uel a natura uel a se formatū & extru-  
ctū: sicut dū corpora assumūt: itidem pōt interiori spūs & humores  
cōmouere, & ad fantasiā sensumq; cōmunē deducere, ex quib⁹ sen-  
sus diuersimode imutentur: que oīa ex prioribus liquet: cū natu-  
rali motu rerū inferiorū effici possint: ut liquet. Potest aut angelus  
p̄terq; & lucis & sathane sua naturali uirtute hoīs fantasiā moue-

res: quod equidē sic ostēdi pōt. Nā supra monstratū est: qđ ad locale attinet lationē āgelo ad nutū nā hec corporalis obiequitur. Que ergo locali corporū motu effici possunt, siue spiritū siue humorum: uirtuti naturali angelice etiā demonū subint necesse est. Apparitiones autē imaginarias locali motionē humorū atq; spirituum aliquando posse fieri perspicuū est: unde in eo libro quē de sensu & uigilia aristoteles edidit, apparitionis somniorum causam redditurus dicit. Cum dormierit animal: descendente plurimo sanguine ad principium sensituum .i. sensum communem simul descendūt motus .i. impressiones ex motionibus sensibilibus relię que in spiritibus sensuālibus conseruantur, & sensituum principium mouent: sic ut apparitio quedam fiat, ac si tūc a rebus exterioribus immutaretur sensituum principium: & tāta esse potest humorum spirituumq; commotio: ut etiam uigilantibus eiusmodi apparitiones fiant: sicut in freneticis & melanconicis patet.

Quemadmodum igitur per naturalem humorum motionē hoc agitur: & qđq; etiā hoīs uolūtate, uolūtarie imaginantis priora uisitata etiā idē fieri pōt boni maliq; āgeli uirtute: & qđq; quidē cū alienatione ab exterioribus sensibus: qđq; etiā sine ea. ¶ Nec tamē predictis obstat qđ de rōe fantasie uidetur ē motus factus a sensu: patet i libro de air: & sic uidetur ei repugnare qđ fiat p imitationē angeli. Dico enī qđ principiū fantasie a sensu est s̄m actū: nō enī imaginari possumus qđ ullo modo nō sensus uel s̄m totū uel s̄m partē, cecus nat⁹ colores imaginari nequit: aliqñ tñ act⁹ fantasie mouēte diabolo excitatur p ipressiones pñ⁹ a sensu factas & seruatas itēri⁹. ¶ Nec secundo qđ angelus non potest imprimere formas in materiā sensibile: & cōsequenter nec que sunt in imaginatione: que sicut spiritualiores ita nobiliores quoq; sint oportet. Dico enī qđ angelus imaginationem transmutat: non quidem imprimendo formam nullo modo prius impressam uel sensatam: non enim ad ducere posset cecum, ut de coloribus haberet fantasmata: sed hoc facit per motum localem spirituum et humorum.

¶ Non obstat etiam qđ in uisione imaginaria, homo rerum similitudinibus quasi rebus ipsis adheret: quod est decipi: & consequenter hoc ab angelo bono esse nequit: consequenter autem

R. ii



nec a malo. Dico enim q̄ angelus eiusmodi uisionem causans affi-  
 quando etiã intel' eſtū illuminat de uisib', conſequēter autem nec  
 deceptio incidit: q̄nq̄ uero eius operatione ſolum imaginariē ſi-  
 militudines apparent: nec tamen ab angelo cauſatur deceptio, ſed  
 ex defectu intellectus eius cui talia oſtenduntur: ſicut nec xp̄us de  
 ceptionis cauſa fuit, multa turbis in parabolis proponens. ¶ Sed  
 cōtra uidetur q̄ demō hoīm ſenſus preſtigioſis apparitionib⁹ lu-  
 dificare nequeat. Illa enim forma que uidetur ( ut dum quis aſpi-  
 cit in aqua uel in igne & huiusmodi: ut dū homo uidetur equus )  
 alicubi ſi oportet. Non autē poſſe eſſe in ſenſu: quia ſenſus ſpeciē  
 non habet niſi a rebus acceptam: nec iterū poſſe eſſe in re que ui-  
 detur, ſic q̄ mulier uideatur equa: quia due forme ſubſtāciales nō  
 poſſunt eſſe in eodem: & preterea res illa uideretur talis ab omni-  
 bus: nec iterū in aere circumſtante: qui ſuſceptibilis figure non eſt,  
 nec ſemper unus idemq̄ manet circa rem illam, precipue quando  
 mouetur. Ergo uidetur q̄ eiſmodi ludificationes per demones ſi-  
 eri nequeant. So. Forme que uidentur in preſtigiiſ, nō niſi in ſen-  
 ſu ſunt: quod tā dupliciter eſſe poſſe opere demoniorū: primo ut  
 ſpecies que ſunt i theſauro imaginationis ſeruate, demonis inter-  
 uentu ad organa ſenſuū deſtillant: ueluti contingit in ſomno: exce-  
 pto q̄ ad organa exteriora nō attingūt, quia ſunt ligata: unde q̄n  
 ſpecies ille ſenſus exterioris organa contingūt, uniūtur ac ſi eſſent  
 res preſentes extra, & actu ſentirentur. 2. eſſe poſſe ex immutatiōe  
 organorū: quibus imutatis fallitur iudiciū ſenſus: ſicut patet in eo  
 qui guſtum corruptum tenet: cui omnia uidentur amara: quod de-  
 mones facere poſſunt uirtute quā ſūdam rerum naturaliū: ſicut ad  
 uaporationē fumi herbe cuiuſdam trabes de mus ſerpentes uide-  
 tur, & multa eiſmodi experimenta inueniuntur.

¶ Ex dictis reddi poſſe rationem omnīū mirandorum  
 effectūū demonū & ſtrigimagarū. Ca. ultimū epilogaſ.

**A**m ex dictis ergo epilogando oīum effectuum malefi-  
 corum ſtrigimagarum, incantatorū & eiſmodi ratio-  
 in genere facile reddi poſſe per puncta nonnulla.  
 ¶ Punctum primum. Maleficiū a malefaciendo dictū

(ut ipsum nomen sonat) malum alicui illatum & cōsequēter iniu-  
 stam dānū importat: dānū enī iuste illatū nō est malū simpliciter  
 sed huic uel illi. Tripliciter ergo maleficiū dī: primo rerū dānū uo-  
 lūtariū & iniustū. 2. dānū persone iniustū & uolūtariū: si enī nocu-  
 mentū p̄ter propositū inferatur (ut quia iudex ex imperitiā male  
 iudicauit: uel e domo aliqd eiectū est quod nocuit) nō quidē ma-  
 leficiū, sed quasi maleficiū est. in sti. de oblig. que ex qua. delic. per  
 totū. 3. dānum persone iniustū illatū a diabolo per hominē uel in  
 stante homine: a quo maleficio usitatus quis maleficiatus dicitur  
 si patiatur: & maleficus uel malefica si illud diabolo medio fieri  
 curauit p̄cto expresso uel tacito incidere. Ad hoc aut. 3. modo di-  
 ctū maleficiū signū federis inter maleficiū & diabolu pertinet: qd̄  
 signū & ipsū dicitur maleficiū: ut infixio gladii uel gladius ifixus  
 infra circulū, plumatū inuolutio, imago cerea acubus confixa &  
 eiusmodi. Ad hoc etiā maleficiū reducitur oīs diuiniatio & incan-  
 ratio. & oīs alligatura: ut. 26. q. 5. nec mirum.

¶ Pūctū 2. Ad quid, se diabolica sapiētia extēdat, et si ex dictis p̄t̄  
 epilogando tñ ex diuo tho. 1. q. 64. ar. 1. ad 5. et 2. di. 18. q. 2. ar. 1. et 3.  
 cōtra ca. 54. dico qd̄ demones tripliciter norūt ueritatē: per natu-  
 rā reuelationē & experiētiā. Et per experiētiā quidē norūt inclina-  
 tiones hominū & superandi modū: dicere cipri. qd̄ diabolus oīa tē-  
 tandi genera, insidiasq; dei, ciēdi, usu ipso uetustatis edidicit. Expe-  
 riētia tñ ibi sumitur iproprie & equiuoce p̄ notitia rei singularis  
 quacūq;. Per reuelationē uero cognoscūt q̄tū deo p̄ se uel bonos  
 angelos reuelāti placuerit. Per naturā uero ut liquet. 1. q. 89. ar. 3. et  
 q. 109. ar. 5. et ueri. q. 2. ar. 4. et 2. cōtra ca. 97. a principio sue institutio-  
 nis demones statim norūt p̄ species innatas oēs rerū species spiritus  
 les & corporales a deo p̄ductas: p̄ quas etiā species quisq; eorū ac-  
 tu cōsiderās naturā speciei simul distincta cognitione oīa eius idi-  
 uidua nouit: ut simul oēs hoīes qui fuerunt & sunt, & oēs leones,  
 et sic de aliis: ut etiam patet. 1. q. 57. ar. 2. et 2. di. 3. q. 3. ar. 3. et 2. cōtra  
 ca. 98. Ex quibus liquet qd̄ quilibet demon etiam minimus notūt  
 omnes angelos bonos ac malos & uirtutes eorum. & idem de om-  
 nibus celis & stellis ac cōstellationibus & aspectibus & influxibus  
 earum: et de uolucris & piscibus & bestiis & reptilibus & arbori-  
 bus & plantis ac seminibus earū: & de lapidibus metallis & elemētis.

**¶** Punctum Tertium. Ad quid vero se extendat diabolica potestas quum ad motum corporum, et si ex dictis patet: epilogando rati et obiter ex dno tho. prima q. 105. ar. 1. et q. 110. ar. 2. et 3. et 4. & q. 114. et q. 117. et 2. di. 7. q. 3. ar. 1. et 3. contra ca. 103. dico tria.

**¶** Primum. Angeli mali ut de bonis taceamus nequeunt naturaliter aliquam imprimere formam in aliquod susceptivum: quod de corporalibus intellige primo. cuiusmodi sunt forme substantiales et accidentia corporum: secus de spiritualibus, quia possunt illustrare facta matasimo etiam intellectum absolute, licet non ex suppositione in se sui finis: licet non sit ibi proprie impressio luminis sed utgoratio et secundo intellige de formis habentibus esse per modum quietis: secus per modum transeuntis etiam in corporalibus: possunt enim movere localiter: consequenter autem illam imprimere formam ad quam localis motus sequitur: que impressio quedam est non durans.

**¶** Secundum. Angelis malis quantum attinet ad motum localem omnia corpora inferiora obediunt ad nutum, ut probatur ubi supra: ita quod sicut humana anima se habet ad movendum unum corpus solum sibi unitum, ita spiritus illi tanquam nobiliores & elevationes se habent ad movendum inferiora omnia: eo excepto quod terram totam aut aliud elementum movere nequeunt: & idem dicit mal. q. 16. ar. 10. ad. 8. quippe hoc esset nature ordinem evertens: posset tamen movere turrim aut montem. **¶** Sed contra hoc. Nam idem est motus glebe et totius terre. 4. phy. ergo potens movere unum potest movere & reliquum. 50. Negatur consequentia: quia unum mobile est ei proportionatum, non relinquum.

**¶** Tertium. Angelus malus naturaliter tanta celeritate moveri potest, ut tempore imperceptibili ab oriente in occidentem et a celo in terram moveri possit, & e contra, nullo medio pertransit: cum suum moveri sit suum operari: quod est successio contactuum rerum circa quas movetur, eo scilicet modo quo nostra imaginatio a mediolano patius transit non imaginato lugduno: ut patet. 1. q. 53. potest etiam moveri continue, transeundo medium. Consequenter autem potest aliquod corpus celerissime deferretur modo illud celeritatem motus patiatur. Ex his vero tribus sequi-

fur demones posse facere quecumq; locali motu effici possunt, aut per motionem virtutum astruorum que sunt in tota natura ut pluias, ventos & eiusmodi & similiter condensare aerem & illum figurare: & in eo apparere in forma uiri aut mulieris aut bestie & huiusmodi ut experimenta multa & sancti docuere,

**P**unctum quartum. Ad quid uero diabolica potestas specialiter circa hominem se extendat quum ad animam, corpus, substantiam ac famam, etsi ex dictis iam liquet: epilogando tamen ex dicto tho. in locis citandis dico multa. Primum. Angelus bonus in nostrum intellectum naturaliter potest imprimere. 2. di. 8. ar. 5. ad sextum. 12. q. 80. ar. 2. 22. q. 172. & 3. contra ca. 154. quod tamen non est imprimendo formam uel lumen nouum, sed nostrum lumen nigorando. secundo ubi supra, & ueri. q. 11. ar. 3. ad tertium. angelus uero malus in nostrum intellectum non potest imprimere: ut liquet in locis precitatis: quod tamen non intelligitur absolute: quippe cum hoc naturalem proprietatem angelicam consequatur, bonis & malis angelis congruat oportet: intelligitur autem ex suppositione sui iniqui finis & sue inique uoluntatis: ut dictum est. potest autem malus hominem priuare usu rationis. 12. q. 80. ar. 3. quippe qui potest humores & spiritus omnes hominis ad caput deducere: imo organa sensus de capite posset auferre si permitteretur.

**S**ecundum Demon nostram potest immutare uoluntatem: non equidem directe mouendo, uerum suadendo exterius & concitando passiones mal. q. 16. ar. 11. **T**ertium. Tam boni quam mali angeli agunt possibiliter in nostra fantasmata applicando suum lumen, illaq; ordinando. 2. di. 2. et 12 q. 80. ar. 3. quod malus quidem angelus non ea intentione facit, ut homo ad intelligendum iuuetur & illuminetur: sed ut noxi dubitationes percipere quas dissoluere nequeatur in scrupulosis aut rectius grupulosis accidit: qui subtilissime quidem dubitant, ineptissime uero solunt & diiudicant, nullum pene iudicium in propriis habentes.

**Q**uartum. Demones hominem ad peccatum aliquod efficacissime nisi reprimatur inclinatio operando interius. s. in fantasiam & appetitum sensituum. 12. questione. 80. ar. 2. mal. questione. 16. ar.

11. quod intellige quia per motum spirituum in quibus sunt fantas-  
 mata, illa ad imaginationem deducunt: que uel alliciant concupiscen-  
 tiam uel irascibilem concitent: & inclinare possunt intellectum ad  
 iudicandum et nolentem ad uolendum illud quod ad peccati pa-  
 trationem conducit. Adde uero quod existetes in hoie spūs mouere  
 possunt, & per eos concupiscētiā excitare. Adde similiter quod etiam  
 per exteriora ad idē tripliciter inducūt: primo exterius suadendo:  
 sicut xpo tentator affuit, in humana forma loquatur: & sanctis nō  
 nullis in forma iuencularū blandientiū usq; ad barbe atrectatio-  
 nē, & deteriora itidē. 2. aliquid exterius ostendendo sicut in an-  
 thonio argēteā mensam, moniali lactucā, & a deustibus lurdū eius  
 uiros & feminas & ioca camalia: aut certe ostēdendo aliquid ue-  
 rum, ceu ecclesiam adēti procurando occursum dilectę femine  
 aut quod aliquid turpe aut uideat aut certe audiat. 3. aliquid extrinse-  
 cum intromittendo: quippe qui cū ad nutum possit corpo-  
 ra mouere localiter, homine dormiēte uel alias in stomachum no-  
 strū inferre potest quod irā aut quod concupiscētiā moueant: puta aroma-  
 ta, uinū, tubera, & eiusmodi. ¶ Qui iū. Demon oēs hoīs sensus cū  
 interiores tū exteriores imutare pot. 1. q. 111. ar. 3. et 4. ueri. q. 1. ar. 3.  
 q. 12. ar. 8. po. q. 6. ar. 3. ad. 3. mal. q. 16. ar. 1. ad. 16: quod intellige sic &  
 eo modo ut etiā homo decipiatur, aliter re apprehēsa quod sit: quod  
 equidem fieri posset multipliciter. ¶ Prio ex hoc quod ex aere corpora  
 format, ostēdēs quod uere nō sunt: sicut aliquos terruit aliquis sub for-  
 ma draconis: & monialis apud greg. credidit se manducare lactu-  
 cam, & erat corpus aereū. 2. applicādo per motum localem actiua  
 quedā naturalia, que hoc possūt: sicut apud diuū tho. quedam her-  
 ba fumigans trabes facit apparere serpentes. 3. reducendo spūs qui  
 in homine sunt ad fantasiā & eam suo modo immutādo (& con-  
 sequenter etiam sensus: ut de prestigiis dictum est) ut apparet in fre-  
 neticis, arrepticis & insanis. 4. per aorisiā uel aorasiā: que ceci-  
 tas est, qua celantur nobis non omnia sed quedam: sicut oculi di-  
 scipulorum euntium in emaus tenebantur ne xpm cognoscerent  
 potest enim graphio quem queris pretendere cartam: aut tabule  
 cui insidet supra ponere aliā similitē in qua nō sit graphius: & strigi-  
 mage pretendere formam bouis: & reliqua. ¶ Sextū. Potest etiā  
 demon in corpus humanū infirmitates inducere: ut patuit in iob  
 quē repēte

72

quem repente ulcere pessimo toto corpore percussit: infirmitates inq̄ omnes, que medio inferiorum corporum possūt inferri: quippe qui omnium eorum uirtutes norit: & ea omnia corporibus humanis possit admouere. ¶ **Septimū.** Potest etiam in facultate nocere: ut patuit in iob: quem subito accepta licentia omni facultate priuauit, & res omnes penitus ademit: & itidem nocere potest infama: quippe qui sumere potest humanā speciem, & obloqui & cal<sup>9</sup> effingere in quibus deliquere uideamur: sicut sub lecto cuiusdam sancti uiri in forma puelle latuit: ut ibi inuentus illum infamie notaret: quod & fecit: licet deus occurrerit. ¶ **Pūctum quintū.** Quid uero cupiat diaboli iniqua uoluntas, etsi iam ex dictis liquet: tamē obiter ex diuo tho. dico multa. **Primū.** Liberū arbitrium demouum in malo firmatum & obstinatum est: nec ad bonum regredi aut uult aut potest mal. q. 16. ar. 5. ueri. q. 24. ar. 10. unde omnis motus liberi arbitrii eius est inordinat<sup>9</sup> ueri. ubi iam. ar. 11. quippe qui in ordine ad suum malum finē uult quecunq; libere uult: & letaliter peccat in omni sua uolitione. I. q. 64. ar. 2. ad quintū 12. q. 89. ar. 4. et 2. di. 7. et si quem habet naturalē uoluntatis motum in bonū illum mala electione deprauat. ¶ **Secundū.** Animas defunctorum se esse peruersi demones fingunt: ut uiuētes ad sui familiaritatem alliciant, & inde seducant. I. q. 89. ar. 8. ad secundū q. 117. ar. 4. mal. q. 16. ar. 1. ¶ **Tertiū.** Similiter per mendacia & uanas superstitiones aduocati ueniunt, ut homines talia credant. po. q. 6. ar. 10. ad octauum. ¶ **Quartū.** Et similiter alliciuntur aut se allici fingunt, diuersis generibus herbarum, animalium carniū, rituū: ut signis aliorum quorum sibi placentium: non ut rebus sibi placentibus. I. q. 115. ar. 5. ad tertiū. & po. q. 6. ar. 10. ¶ **Quintū.** Et similiter ad inuocationē diuine uirtutis adueniūt: ne a participatione diuine iustitie omnino exclusi uideantur po. q. 6. ar. 10. ad quintū. ¶ **Sextū.** Et similiter licet celestibus orbibus nō sint subiecti: sub certa tamen constellatione uocati adueniunt: ut uel decipiant & in errorem inducāt humanū genus: uel a superioribus demonibus coacti. I. q. 115. ar. 5 & po. q. 6. ar. 10. & quol. 2. q. 7. ¶ **Septimū.** Et similiter a uirginibus uocati ueniunt: ut homines in diuinitatis sue opinio: ē adducāt, quasi munditie sint amatores po. q. 6. ar. 10. ad quartū. ¶ **Octauū.** Et similiter per nigromanticos aduocati & rogati aut etiā iussi inferio

S. i.

res sibi demones corporibus alligant: puta anulis & gemmis uel  
 ampullis & eiusmodi. 2. quol. questione secunda articulo primo: &  
 quol. 3. q. 1. articulo. 1. quod ideo faciunt uel quia illos odiant (est  
 enim inter demones odium crudele. 1. q. 109. articulo secundo ad  
 secundum. 2. di. 6. arti. 4. licet in oppugnandis nobis omnes con-  
 sentiant & concordent) uel ut nigromanticis lucrifaciant unde  
 & superiores curant atrepticios. inferiores ab eorum corporibus  
 expellentes, non tamen ab animabus. 3. q. 43. arti. 2. ad tertium  
 quod scilicet faciunt eadē ratione ut eos homines qui eos ad hoc  
 inuocant lucrentur aut alios. ¶ Decimum. Et similiter in lune  
 augmento, amplius lunaticos uexant. ut lunam infamie notent  
 quasi scilicet malam dei boni creaturam: & rursus quia tunc luna  
 tici ad patiendum aptiores sunt. ¶ Undecimum & ultimum.  
 Demones omni ingenio & uirtute homines a salute auertere nitū-  
 tur. 16. q. 2. uisus: & hoc ratione multiplici. ¶ Primo quidem quia  
 usq; ad iudicii diem in summo sua pena non est: crescit enim ac-  
 cidentaliter semper: tunc uero in summo erit: & omnes qui iam  
 in mundo hoc ad nostrum exercitium versantur ad ima profundi  
 detrudentur: unde iudicium dei futurum timent: quod quia erit  
 electorum numero completo, omnibus uiribus adniruntur ne  
 compleatur: qui tanto tardius complebitur q̄to pauciores saluan-  
 tur: id: oq; homines damnari curant. ¶ Secundo quia inuidet ho-  
 mini: consequenter autem de bonis eius cruciantur: unde ut dici-  
 tur in di. ca. uisus. demon satis dolet & erubescit charitatem quam  
 in celo nequiuit habere, homines constantes ex lutea materia  
 tenere in terra. Hec ibi.

¶ Punctum Vltimum. Iam ex dictis in genere ratio dari po-  
 test & causa omnium mirandorum effectuum damnabilis creatu-  
 re. siue angelice siue etiam humane per multa obiter dicta. Pri-  
 mum. Homines diabolici qui ope demonis miranda operantur,  
 omnes cum diabolo aut expresse aut tacite pacta iniere: ut augu-  
 testatur: & expresse quidem, quando pacti sunt ut in suffragium  
 uocatus adsit: uel quando expressa intentione effectum sui operis  
 a diabolo expectant. ei sacrificantes uel thura ponentes & eiusmodi:  
 tacite uero dum quedam faciunt aut noxia aut leuia ad quorū  
 factionem sathanas operari consueuit, in quibus effectus non ex-

peccatur a deo sed a fortuna uel diabolo uel quocunq; modo eue-  
 niat. ¶ Secundum. Eiusmodi effectus uniuersi q̄tum nunc  
 sapio, saluo iure calculi melioris ad quinq; reducuntur: & hi sunt  
 aut diuinationes in primis uel prestigiose uel quomolibet fa-  
 cte: aut infirmitates secundo & damna: aut. 3. sanationes: aut quas  
 to false apparitiones: aut quinto omnis effectus mirabilis & iu-  
 dicio uulgi creature impossibilis. Tertium. Quantum uero  
 ad diuinationes attinet dictum est quomodo demones possint  
 futura aut scire, aut etiam docere: presentia autem occulta nobis,  
 omnia norūt, exceptis cordium deliberatis cogitationibus: unde  
 consilia principum & omnium hominum tractatus & corporū  
 dispositiones, thesaurosq; & cuncta sub terra latentia norūt: &  
 breuiter cogitationibus dumtaxat exceptis omnia que aut sunt  
 aut fuere nouerunt: nisi prohibeātur a deo: sicut apud diuum tho-  
 mam prohibiti sunt beate marie uirginitatem scrutari. Et de pre-  
 dictis omnibus diuinare per certitudinem norunt: & coniectura-  
 liter de his que a presentibus deriuantur: puta q̄ tale bellum erit,  
 uipote qui norint regum consilia & qualitates: & q̄ talis uincet  
 uipote qui sciant militum uires: & de presentibus etiam distanti-  
 bus, quia ea norunt & subito nunciant. ¶ Quartum. Quan-  
 tum uero ad morbos & sanitates attinet: patet q̄ omnia nocua  
 & proficua remedia demon norit, & genus omne medicine ac  
 ueneni & nociui: & ea repente a partibus etiam longissimis & ab-  
 ditissimis afferre & ad mouere corporibus, etiam inuisibiliter siue  
 sub specie aliena potest: & interius per os aut aliter inferendo, dū  
 homo se aut bibere aut aliud aliquid sumere putat, medetur. Et  
 hinc est q̄ anus carminatrix & omnis incantator morbos mirabi-  
 liter etiam a iumentis curat: mirabilis enim est medicus iste qui  
 ei cooperatur occulte ex pacto tacito uel expresso: & idem de sa-  
 natione iudiciū est: cum oppositorum eadem sit ars & disciplina.  
 ¶ Quintum. Quantum uero attinet ad apparitiones, iam ex di-  
 ctis pateat: q̄ per aeris condensationem possunt quam maluerint  
 oculis speciem ostentare aut etiam abscondere, speciem alterius  
 rei presentendo: ueluti abscondere aureum, superiecta specie papi-  
 ri: & eiusmodi: licet interdum diuina prouidentia eos aliter que-  
 lent apparere cogat: sicut eue coactus est serpentis speciem pre se



ferre aut uel sic horreret. Vnde teste diuo thoma super iob, frequenter in bestiarum figuris uisuntur quibus eorum uitia deo uolente detegantur & pateant. ¶ Sextum. Quantum uero ad mirabiles effectus attinet (cuiusmodi est acus euomere, clauos, pilos, ossa magna, uel q̄ plume sint ingeniosissime cõteite & huiusmodi) patet quoniam modo fieri queant: quia aut ista sunt illusiones, ut ea uideantur que uere nõ sunt, siue per naturalia actiua admodum ista sint facta, uel aorasiã, aut aeris condensationem & colorationem: aut si uere res sunt ipse diabolus locali motu rerũ ista inuisibiliter efficit, et inde uisibiliter ea pandit: & ualde magna per foramen parũ interdum educẽs: quippe q̄ ad libitum ea in partes diuidit & reunit: cum eius modi & partes eorum ad nutum localiter moueat: ut superius probatum est. Tempestates quoq̄ & procellas oēs aliquorum motu locali potest efficere: ut liquet ex dictis.

¶ Finit liber primus de strigimãgis.

De strigimagarum demonumq; mirandis  
Liber Secundus.

De intellectu capituli epi. 26 q. 5.  
Capitulum Primum.



Xpleto iam diuino munere libro primo,  
de principiis & causis mirandorum, que  
damnate creature demones & strigima-  
ge operantur, iam secundo manum ad-  
moueamus tempus urget: specialius de se-  
cta strigimagarū & actis eius ac remediis  
loquuturi. In primis autē intellectu capi-  
tuli episcopi. 26 q. 5. unde hic paruus co-  
dex occasionem sumpsit, dare oportetq; &

multis punctis fiat necesse est.

**P**unctum primum. Verba dicti capituli ad propositū nostrum  
oportuna. Illud etiam non est omittendum, q̄ quedā scelerate  
mulieres retro post sathanā conuerse, demonū illusionibus & fan-  
tasmatibus seducte, credunt se & profitentur cum diana nocturnis  
horis dea paganorū, uel cum herodiade, uel cum innumera mul-  
titudine mulierū equitare super quasdā bestias, & multarum terra-  
rum spacia intempeste noctis silentio pertransire: eiusq; iussionib⁹  
obedire uelut domine: & certis noctibus ad eius serutiū euocari.  
Sed urinā he sole in sua perfidia periissent: & non multos secū ad  
infidelitatis interitū pertraxissent. Nā & innumera multitudo, hac  
solum opinione decepta, hec uera esse credunt: & credendo a recta  
fide deuiant: & errore paganorū inuoluuntur: cū aliquid diuinita-  
tis aut numinis extra unū deū arbitrantur. Quapropter sacerdo-  
tes per ecclesias sibi cōmissas, populo dei omni instantia predica-  
re debent, ut nouerint hec oīa falsa esse: & non a diuino sed a ma-  
ligno spiritu talia fantasmata, mentibus fidelium irrogari arbitra-  
mur. Siquidē ipse sathanas qui transfigurat se in angelū lucis, cū  
mentē cuiusq; mulieris ceperit, & hanc per infidelitatē sibi subiugauerit,  
illoco transformat se in diuersarū species personarū atq; si-

multitudines: & mentē quā captivā tenet, in somniis deludens, modo lera modo tristia, modo cognitas modo incognitas personas offendens per queq; devia deducit: & cū solus spūs hoc patitur, infidelis hec nō in aīo sed in corpore euenire opinatur. Quis enī in somniis & nocturnis uisionibus non extra seipsum educitur: & multa uidet dormiendo que nunq̄ uigilando uiderat? Quis uero tam stultus & hebes sit: qui hec omnia que in solo spū sunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cū ezechiel propheta in spū non in corpore uiderit. & paulus nō audeat dicere se rap̄ū in corpore. Omnibus itaq; publice anunciandū est: q̄ qui talia credit & his similia fidem perdit: & qui rectam fidem xp̄i non habet, hic non est eius sed illius in quē credit. i. diaboli Nam de domino nostro scriptū est: omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo credit posse fieri aliam creaturā, aut in melius aut in deterius immutari: aut transformari in aliā speciem, uel in aliā similitudinē, nisi ab ipso creatore qui omnia fecit, & per quē omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, et pagano deterior. hec ibi: pro quorū ueritate illud scito errorem fuisse paganorū, ex hominibus fieri heroes si boni essēt meriti, alias demones qui essent lares, larue & manes: ut per aug. liquet. 8. de ci. de. ca. 11. de quo uide mal. q. 16. ar. 1. in corpore et. 3. contra. cap. 106.

**P**unctū secundū. Secta strigimarū simul & maleficarū (quam strigimarū diximus) ea non est de qua in dicto capitulo episcopi, mentio habetur. Differt enim hec ab illa. primo q̄tum ad credere. Nam illa quidē primo credebat aliquā mulierē (puta aut dianā aut herodiadem) uersam in deam: & consequenter esse spiritū bonū, et habere aliquid numinis: & secundo se uocari & super bestias duci ad seruitiū deę cuiusdam: & tertio q̄ una creatura ab alio q̄ a uero deo mutaretur in aliā creaturā uel speciem eius: puta mulier in deā uel hō in speciem canis: que tria in textu patent: & quarto q̄ talis deā esset spūs bonus, que quattuor sunt contra fidem: ut ex littera patet. Secta autē strigimarū nullū horū credit: sed spiritū eis apparentē diaboli scit esse & fatetur: q̄ aut uoluptatis gratia aut desperatione ei se subiicit: p̄sequenter autē credit illū non esse hōiem uersum in deam bonā: nec se ad alicuius deę seruitiū uocari: nec creaturā unam mutari in aliā deam aut spūm bonū. Cōueniunt s̄ q̄tum ad credere in aliquo: quia & strigimaga: secta aliquā de

luditur uel deludi potest (sicut & alii homines) ut credat in corpore fieri quod in solo spiritu fit .i. imaginatione uel sensu. non tamen illuditur in intellectu: ut in sequentibus patebit. Differunt. 2. quantum ad operari: quia illa non negat expresse fidem aut conculcat crucem uel abutitur sacramentis, aut admittit maleficia, ut secta strigigarum: immo que agit, sub specie & colore boni agit: putans spiritui bono deseruire: ut patet in textu. Conueniunt uero: quia non esse solaciantur ambe cum diabolo uere: licet una scienter, alia non, neque uero credens eum spiritum bonum. Unde ista secta non est illa. Quod etiam tenuerunt duo solennissimi iuris utriusque doctores, dominus augustinus boca de sauliano in quodam suo consilio: & dominus iohannes grassius qui hoc sustinuit taurini: & senserunt de hac strigimagarum secta nihil in sacris canonibus haberi: quod etiam sensit inno. 8. qui in bulla (de qua forte infra in principio tertii libri) hanc sectam nuper exortam astruit: id est circa annum domini. 1404.

**P**unctum tertium. Erit uero hec & illa secta & in credere & in operari concordat quoque modo: non tamen adeo ut utraq; in di. ca. ppi. simul danetur & reprobetur: cum dicitur: qui talia & his similia credit, fidem perdit. Nam eiusmodi secte in tribus assimilantur generibus: & in unoquoque illorum genere: uero spiritus distant. scilicet heresis superstitutionis & illusionis. Quantum ad primum. n. & si ambe sunt in genere heresis, specie tamen distinguuntur: quippe illa credebat aliquid numinis extra deum esse, uero est heretica proprie, non autem scda: quia nihil hereticum credit: facit tamen quod sapit heresim: quippe qui adorat diabolum, crucem conculcat, fidem negat ore & si non corde: uero est heretica presumptiue: quia ei que diabolum credit diuinos honores exhibet: & preterea ista a fide apostatat, cum tamen uergeret ad illam, cum expresso uerbo fidem minime abnegat. Quantum est ad genus superstitutionis quod utriusque commune est, differunt spiritus: quippe illa est in spiritu firmiter: in illis. n. demonum loquebatur & miranda faciebat: ista uero cum hoc complectatur & pene omnem aliam speciem superstitionis, superaddit maleficiorum crimina: unde etiam composito nomine exprimitur: quod etiam non plene. Quantum ad tertium uero. id est illusionem etiam specie discernuntur: quia illusio illius usque ad intellectum pertingebat, ut crederet falsa de se esse: non autem istius (ut dictum est) nerum potius omnis istius illusio in sensu exteriori uel interiori consistit: qui equidem sensus iudicat aliqua esse caballos aut hircos

uel alias bestias & sunt demones in corporibus aereis, ut eorū iudicat intellectus:& aliqua eorum sensus iudicat esse uiros aut feminas & incubi aut succubi demones sunt:& eiusmodi. Quod autē dicitur de altero similibus non ea ratione qua simile sed qua diuersum; de reliquo non procedit:cuiusmodi est illud & his similia quia illud de secta illa dicitur quantum ad rationem speciei, in quantum extra deum aliquid numinis credit:in quo ab ista differt:non autem ratione generis. in quo congruunt ambe.Et si instetur hoc dici de locali motione in qua conueniunt: illud utiq; non est uerum:de quo dicit infra puncto septimo.

**¶** Punctum quartum. Strigimagas ad diabolicū ludum realiter & incedere & deferri posse planum est. Nam eas incedere posse probare superfluum est, cum ludus est prope:& de facto oēs de quibus in.2.ca.primi libri dictum est, suis pedibus ludum adiere diabolicū:posse uero eas a diabolo ferri, iam ex his liquet que libro primo cap.penul.ex philosophia & sacris litteris ac tractatorib; citata sunt:&in hoc de possibili p̄sentiant omnes:quippe angelicis spiritibus cum bonis tum etiam malis, ad nutum quantum ad motum localem attinet inferiora corpora obsequuntur s̄m aug.& theologos uniuersos:omodo quo humane aut brutali aīe corpora propria obsequuntur,modo non cohibeantur a deo:unde & magi in hoc opere demonum frequēter utuntur:ut historie docent. Immo demones apud ur̄lie.hominē etiam inuitum localiter ferre possunt, nisi comprimantur a deo:sicut de quodam puero nobili & monacho pet.da.et uincen.in spe.refert li.26.ca.63. q̄ cum uespere in cella quieuisset mane in pistrino clausis ianuis inuentus, requisitus de negocio dixit a quibusdā hominibus ad conuiuīū magnū se deductum fuisse:ubi epulatum omnium deliciae uidebantur, qui eum manducare coegerunt:& illum deinde per superiora pistrino intulerūt. Cuiel. quoq; in ultima parte de uniuerso, demonem dixit posse puerorum translationem facere, unum pro alio supponēdo, uel etiam deo permittente demone pueruli locum tenente. Cuius rei signū dixeris, q̄ eiusmodi acherūtinos pueros uix quatuor aut quinque mulieres lactare sufficerent, semper eiulantes & nūq; pinguescentes:quod interdum ex blasphemis uirorū aut uxorū deo p̄mittēte euenit:sut cū dicunt, uellē diabolū portares & eiusmodi.

**¶** Punctum

**P**unctum quintū. De facto uero ad diabolicum ludum strigimage an semper aut nunq̄ aut aliq̄ tñ realiter eāt, aut portetur. dico q̄ interdū realiter suis pedibus aduent ludū, qñ est proprie de oibus supra in primo libro recitatis liqueti & stultum est dicere q̄ uerint in spiritu, cū dicant se tali hora inisse anteq̄ irent dormitum, & rediisse tali: nisi forte dicatur q̄ in suo sensu & uigilia immo in tortura posite quod somniarūt credant fuisse in re: quod est insanire. Nec est uerū hoc accidisse mulieribus de secta alia de qua in ca. epi: ut patebit puncto sequenti. Aliquando autē deferuntur in spū. u. fantasia: & hoc ut ipse fatentur, tūc est qñ personalites adire ludū nolunt, cupiunt tamen ea scire que fiunt in illa cōcio: tunc. n. cum certis obseruationibus dormitū uadunt, ponentes se ad latus sinistrum mariti in noie omnium diabolorū: qui illis ostendunt que fiunt in ludotaliquando quidē in somno, aliq̄ uero etiā anteq̄ dormiant mittunt enim cooperante diabolo uaporem glaucum ex ore: & in eo ope diabolica uident que in ludo peraguntur. Nam auctores mallei maleficarum duo magni uiri maxime magister henri. insti. qui aduersus impium anthoniū rosselli scripsit, eiusq̄ blaffemū opus de monarchia christiana damnauit, ita referunt se ab incineratis strigimagis & a penitentibus didicisse. Aliquando etiā feruntur realiter talioquin oporteret priopene infinitos processus inquisitorū iuridice factos negare: & consequenter iura ipsa. Negare etiam .2. id quod quisq̄ homo in se experitur. s. q̄ quis qñ est in suo sensu inter uigiliam & somnum discernit: quod strigimage non facerent si realiter non ferūt: cū dicant in uigilia immo in tormentis, se realiter delatas. Negare etiā. 3. sensum: multa enim circa hoc multi experti sunt: que rationabiliter plus negari nequeunt esse in ueritate facta q̄ me nūc scribere: qd̄ utiq̄ potest quisq̄ pro uoto negare: dicēdo me aut alios illudi p̄stigio, ut scribere uidear & nō scribā. Res est & scripta & famosa quā refero: & paulo anteq̄ habitū diui prīs dñici sumptu expleta. Comi uicarius ordinarii & inquisitor, uel curiositate nel q̄ forte plene strigimagis quas carceribus detinēbāt nō credebant. media una eaz̄ ludum qui nō longe aberat adierunt: & oīa e regione uiderunt. Vex̄ oibus inde licentiatis demon caput ludi, fingens se eos durante ludo nō uidisse, repente omnē concio-

nem denuo reuocauit: & illos duos iudices a deo baculis ceciderunt  
q̄ infra quindenā uterq̄ interiit. Sic deus eorum curiositatē & for-  
te alia crimina permittendō multauit. Deferuntur ergo aliqui rea-  
liter & uere aliquando etiam de die inuisibiliter. quod utiq̄ diabo-  
lus potest per modos de quibus docet preceptorium de le. p̄cepto  
primo ca. xi. q. i. uide de hoc q̄ s. realiter aliqui ferantur supra li. p̄l-  
mo ca. pe. puncto quinto: uide et̄ circa finē huius capituli.

**P**unctum sextum. Quis autem sit sensus dicti capituli uerus sic  
pateat. Primo enim illud sciendū est, q̄ aliquid est uel dicitur me-  
re spūs: ut intellectus & omnis sensus interior, qui non habet or-  
ganum manifeste: aliquid mere; corpus: ut lapis: aliq̄ i quoq̄ inter  
hec medium. ut sensus exterior: qui & corpus & spiritum sonat. i. s.  
organū patēs & uirtutē anime. ueluti uisus sonat pupillā & uim dī  
secretiuam coloris: cōsequenter uero s̄m hec tria aliqd dicitur du-  
pliciter fieri in corpore & similiter dupliciter in spiritu: x eo q̄ fa-  
ctum in sensu medio inter illa duo extrema, & in corpore & in spi-  
ritu fieri quoquo mō dicit: uidelicet eo modo quo mediū utrumq̄  
extremorum dicitur, ad aliud & aliud relatus: x quinto phy. Co-  
lor enim uiridis ad albedinē relatus nigredo, ad nigredinē uero  
albedo est, in corpore ergo aliquid dupliciter fieri potest: & quidē  
primo pprie: ut quia extra omnē sensum hominis tale aliquid ue-  
raciter fit. ceu nūc ego scribo: & secūdo improprie aliqd in corpo-  
re fit. i. in sensu corporeo seu exteriori, habente scilicet organum  
corporeum patenter & manifeste, puta in oculo: sicut si ope dia-  
bolica oculus meus uideat quod aut non est aut non uere est: aut  
etiam naturaliter: sicut apud diuum tho. quedam herba fumigana  
trabes facit apparere serpentes. Et similiter duobus modis aliquid  
in spiritu fit: & quidē in primis quia in intellectu fit aut sensu non  
corporeo. i. non habēte organū corpis manifeste: ut in imaginatiua  
uirtute: secūdo uero improprie. s. quia fit quidem in sensu sed cor-  
poreo. i. corporeum habente organū manifeste: non autem extra  
sensum ueraciter. Proprie ergo in corpore fit qd̄ extra omnem sen-  
sum fit: proprie etiam in spiritu fit quod in intellectu aut sensu in-  
teriore fit: quod uero in sensu exteriori fit tāq̄ in medio utroq̄ mo-  
do fieri dicitur. Secūdo uero notandum est q̄ delatio mulierū  
ad diane dee paganorū uel alterius famulatum, dupliciter intel-

47  
ligi pot esse realiter sine in corpore. primo. I. ut que ad hoc eodem  
sunt sint realia non omnia sed quedam tantum ut motus non au  
tem: & bestia sic aliquado est realis: quia realiter quidem feruntur  
tamen bestia non est vera bestia, sed verus demō apparatus bestia: & secū  
do quia omnia ad hoc cōcurrentia sunt realia: & sic nunq̄ realiter  
feruntur qm̄ bestiis feruntur: quia ipse bestie non sunt vere bestie  
nec dea ipsa vera dea: sed ista fiunt in spiritu. i. in sensu exteriori &  
imaginatiua & in intellectu etiam in casu capituli episcopi: in ca  
su uero strigimagarum fiunt in sensu & imaginatiua: non autē in  
intellectu quia ipse sciūt illas bestias non esse ueras bestias & perso  
nam apparentem: neq; deum neq; spiritum bonum esse, sed dia  
bolum: ut ex earum cōfessionibus liquet, unde & dictum est, q̄  
in illud in hoc distat hoc superstitiosū genus ab illo. Sciendū est  
tertio q̄ capitulum episcopi saluari oportet: cum sit concilij aq̄  
rētis: quod apostolica sede probatū putarim: alioquin quomodo  
sacris decretis fuissent eius dicta cōmixta. que etiā dicta sunt cū ue  
ra sint & rōnibus ac experimētis probata: & hec & illa sic oportet  
intelligere ut uera sint: hoc uero non sine magna difficultate fieri pos  
se ostēderūt canoniste: q̄ & huic textui glōsam non adiecerūt, pre  
ter illā parulā, in corpore. i. sensu corporeo: & rursus etiam ho  
die in capituli huius lectiōne cecuciūt, non credētes & p̄cessibus  
& historis & experimētis q̄ diabolus interdū hominē spōtanē  
& inuitū portant: immo nec philosophie que utiq; demōstrat hoc  
esse possibile: ut liquet supra ex primo libro: & hoc totū ideo eis  
accidat oportet, quia capitulū istud non intellectum sed creditū  
q̄ sit intellectum obturat sensus eorū: adeo ut rome uiri peritissi  
mi, propter capitulum istud contra quandā strigimagam procede  
re recularent: qui ab inquisitore peritissimo & expertissimo starre  
aug papiensi ordinis p̄dicatorum citatus fugerat: cum nihilomi  
nus esset propter fugā inchoato p̄cessu indiciatus: & insuper labo  
raret infamia huiusmodi apostasie, probata per testes 14 essetq; p̄  
testes uiginti & duos accusatus: quorum nonnulli essent incinera  
ti & nonnulli penitentes. Et in causa erat capitulum episcopi so  
lum: cuius rei gratia cum essem ego cōiudex coactus hoc opulcu  
lū cepi. Sciendū est quarto s̄m nonnullos et peritissimos theolo  
gos (ut de scoto & seq̄cibus liq̄t. 4, di. x. q. 2.) q̄ unū corpus diuina



uirtute potest esse simul & eodem tempore in locis duobus in  
 uno quidē naturaliter in alio uero diuina uirtute. Quod nō ideo  
 dico quia uerum putem: sed ut intelligāt canoniste, q̄ si peritissi-  
 mus & subtilissimus doctor ita credere potuit hominem posse di-  
 uino opere simul esse consequēter autem sentire & uidere in duo-  
 bus locis, longemagis in hoc decipi potuerit mulieres credule ut  
 uirtute credite deē potuerint credere se ibi fuisse uere & realiter,  
 ubi per somniū uel quemcūq; raptū esse potuerunt. Immo in hāc  
 usq; diem multi fideles in hoc errant, ut putent uel diuum ambro-  
 siū, uel frōtonē uel alios simul alicubi pura mediolani astitisse alta-  
 ri, & eodem tempore uirtute dei interfuisse exequiis alibi celebra-  
 tis pro beato martino uel alio. Crediderunt ergo muliercule ille,  
 se uere equitare & ueras bestias, ad ueram deam & uera seruitias  
 & ad ista credebant se uirtute illius deē euocari & iuuari: cuius uir-  
 tute illas bestias factas existimabāt: ut patet in fine capituli in uer-  
 bo transformari: quomodo autem pro tunc ipse mulieres in se es-  
 sent disposite utram scilicet dormiētes aut rapte extra sensus, for-  
 te non considerabant. Quis in se reuerse norant se talia uisisse iuua-  
 re dea: & consequenter non eo modo quo alia uidebant, extra di-  
 cta seruitia & in uigilia posite. Et ex his quidem sensus dicti capita-  
 li quoquo modo patet: clarius tamen ex sequenti puncto patebit.

**¶** Punctum sep:imum. Capitulum ergo illud uidetur prohibuisse  
 se ne quis credat strigimagas realiter diabolico ludo inferri. quip-  
 pe quod licet de strigimagas non loquatur, sed de alia secta po-  
 tius ut mōstratū ē: ideo illa tñ loquitur ut uidetur in q̄rum habet cō-  
 mune cum ista credulitatem delationis realis: tamē dico q̄ reuera  
 illud non prohibet nec ex illo cap. nisi ignoranter deduci pōt. Pri-  
 mo enim nō est dubiū q̄ eo tempore strigimagarū secta nō erat,  
 quippe que ortum habuit circa annos domini. 1404. tempore in-  
 nocentii octauis: ut patet in bulla quam idem edidit infra libro ter-  
 tio forte recitanda: non ergo hoc capitulū loquitur de secta stri-  
 gimagarum in specie: ut liquet: nec in similibus: quia iste secte in fide  
 in superstitiōe, in illusione differunt: ut patuit: & specialiter in rea-  
 li delatione dissentiūt: quia ille eam a bono spiritu & uera dea fie-  
 ri putabant: ut patet in textu: strigimage autem dicunt se aut suis  
 pedibus ludam adire aut a malo spiritu euehi: unde ab omni uer-

bo fando & signo crucis abstinere docent eos quos illuc deduce-  
re mo iuntur. Quādo autem aliquae secte non sunt eadem, & in  
aliquo facto non sunt similes: quod de una in facto illo dicitur, in-  
telligere de alia est rude. de pñ. translato. ¶ Secūdo. Si ad multo-  
rum canonistarum mentem & ad predictum sensum q̄ strigima-  
ge realiter a diabolo non feruntur d. capitulum loquitur, quod  
absurdum ē irritationabiliter & uane seu inualide loquitur: quia  
prohiberet credere id quod philosophice possibile esse monstra-  
tum est: scilicet malam intelligentiam posse hominem ferre: quid  
autem stultius q̄ iubere nequis credat lupum fecisse aut diabolum  
quod facere potest: tum etiam quia ridendum argumentum esset  
ille muliercule ferebantur a diabolo in spiritu uel fantasia, ergo  
nulla mulier a diabolo fertur realiter: & maxime quia utriusq̄ ra-  
tio probabiliter reddi potest: quare. s. ille in spiritu iste interdum  
in spiritu interdum realiter feruntur. Ille enim sub specie famula-  
tus ad bonum spiritum decipiebantur: ideoq̄ diabolo expediebat  
ut non essent uigilantes quando talia peragebant ne deprehende-  
rent fallaciam demonis: iste uero decipiūtur gratia uoluptatum:  
ideo expedit eidem ut sint uigilantes: tum ut magis alliciantur uo-  
luptatibus: tum ut gratius peccēt. Non enim sufficit diabolo ada-  
rari in somno: quādo homo nec habet iudicium nec potest habe-  
re peccatum: unde ista in uigilia fieri curatur grauius iste peccens  
& pereant. Tertio nam quicquid aliqua lege prohibetur, ex legis  
ratione prohibetur: que. s. legislatoris intētionē & mentē compre-  
hendit: lex enim non est aliud q̄ ratio legis: apud panor. in cap. si.  
de rescip & cū ac d. al. & omnes scribētes in. l. non dubium. C.  
de legi. & in. l. scire leges ff. eo. Realitas autem huius delationis q̄  
tū attinet ad strigimagas, imo nec q̄tum ad eas mulieres de quibus  
in. d. ca. non reprobatur ex dicti capituli ratione: quod inde patet  
quia in hoc ratio illa consistit q̄ hi quorum credulitas ibi repro-  
batur errore paganorum conuoluant, credentium aliquid numi-  
nis extra deum: quasi anime mortuorum uertantur in deos uirtu-  
te non diuina. Non ergo huius delationis realitas credi prohibe-  
tur nec q̄tum ad strigimagas neq̄ q̄tum ad alias mulieres. Quar-  
to. Nam quicquid lege aliqua maximeq̄ canonica prohibetur: ad  
rationabilem nō autem ad absurdum intellectū prohibetur d. 4.

erit aut. Sed credulitas realis delationis strigimay: quā ad mo-  
 tum locale & spacia ptransita dūtaxat reprobari nequit p dictum  
 capitulū ad rationabilē intellectū: quia sequit̄ q̄ credētes historis  
 & infinitis processibus inquisitoꝝ & experimētis q̄ plurimis ueris  
 & probatis istā realitatē cōprobātib⁹ inuoluant errore paganorū  
 credēdo aliquid numinis extra deū, & creaturā hīc uirtutē rerum  
 immutatiuā & p̄dicta fieri a bono sp̄, & eiusmodi q̄ oīa absurda  
 sunt ut liquet. ¶ Quinto. Nullius stanni sp̄s cōditū editū (cuiusmodi ē  
 oē conciliare rite editū & probatū) intellectus pōt esse improbabī-  
 lis & stultus. Hoc. n. asseuerare ē sp̄m̄ctū blasphemare. Sed itelle-  
 ctus aliquorū canonistarū i uerbis di. ca. q. i. strigimay nō realiter  
 sed in sōno ferant ad ludū semp est improbabilis & stultus: q̄ppe  
 qui aliquid asserat quod oīs hō in seipso falsum experit̄: hoc. i. q̄  
 strigimay ferant in somnis & q̄ uigilant credant se delatas fore  
 uigilantes & realiter: sicut asserūt ēt in questionibus & cruciatib⁹  
 quis. n. tā excors eē pōt ut uigilās inter uigiliā & somnū nō discer-  
 nat: ut quod somniat uideat se uidisse dū uigilauit eadē sua  
 naturali uirtute: hoc. n. freneticorū est propriū. Si dicat q̄ ille ipse de  
 quib⁹ in di. ca. epi agit, credebant se uidisse uigiles q̄ somniantes  
 dico non esse simile, quia ille credebāt se uidisse auxilio deē ad p-  
 prium seruitiū euocātis quā credebant opari posse ut deus opera  
 turam. i. creaturā in aliā mutando: ut id faciēdo q̄ una p̄sona si-  
 mul in duobus locis eēt uel qualitercūq̄ diuina uirtute id esse pu-  
 tabant: ut patet ex textu. Nō est ergo ille uerus intellect⁹ di. cap.  
 ¶ Sexto. Si capitulū illud hāc delationē credere phibet quasi fal-  
 sum: ideo hoc eē necesse est, quia hoc nō est demoni aut possibile  
 aut pmissum, aut certe q̄a demon ista nō uult: q̄. n. facere pōt & fa-  
 cere permittit̄ & facere uult, quis negabit eū actū facere: & conse-  
 quēter sine errore & pctō credi possunt q̄a uera. Nō est uero putā-  
 dum tertiū: ut. i. mala q̄ pōt & q̄ permittit̄ facere nolit efficere: co-  
 natur. n. oībus modis humanū genus offendere quibus pōt. 6. q.  
 2. uilis: q̄d maxime pōt p istā delationē facere, p quā aiām delat⁹  
 offendit: ideo se ei dantis ut sic ad eius ludū ferat uoluptatis grās  
 necnō & bonos quosq̄ quos etiā distantes offendit & pueros par-  
 uos enecat, maxie nō baptizatos, dū ad eos maleficas etiā apertis  
 iapuis q̄ firmate erāt adducit. Similiter nec primum. i. q̄ id neq̄at

demonstrat patet ex dictis lib. primo ca. pe. Similiter asserit se dnm quippe deus si maiora permittit no est ratio quin & minora pmittat permittit aut deus maiora, ut q pueri innocentes occidantur & comedant, maxie a ppriis parentib' potissimu fame no laborati bus uel et q p demones puen permulent in cunis, ut docuit guil. & q magi tot facinora admittant aut et q boni interdum similia patiantur imo pmisit xpm portari mat. 6. apud gre. & chriso. Nullo ergo modo capitulu illud eiusmodi credere prohibuit. Vellem aut istis tam incredulis interdum eueniret qd & in agro comesti: ubi episcopus micarius necno inquisitor curiositate ducti experiri noluerunt quid in ludo illo diabolico fiat & medio strigimage qua captiuam detinebant usi, ludum adierunt ubi tot uerba iubente diabolo & pmittente deo fustibus exceperuntq; uix domum se coferre ualuerunt infra quindenam monturi. Ita annales tradunt ut etiam supra dictum est. Vide etiam dicta libro primo cap. 14. Adde rem mirabilem quam de seipso narrate consueuit placentinus quidam nunc nisi a breui spacio interierit monachus sancti benedicti congregationis. S. iustine. dictus dñs hieronimus. Is puellam in seculo diligens ea potitus est medio cuiusdam strigimage cui assensit adire ludum diabolique utrumq; assistente demone ad ludu illum traduxit hoc pacto. Expoliatus inter manum & brachiū se certo ungueto liniuit: signans certum caracterem ut docebat illa strigimaga: illaq; itidem fecit: & similiter dicta puella ibidem presens & iam ab eo uiolata: & statim oēs sublatis sunt per aperturam tecti: & ipse quidem super equo frementi ut uidebas: & tanta uelocitate ad nucem beneuenti ferebantur ut aer scissus acutissimum sibilu redderet. ibi uero milia hoim ac mulier: multa fueret cu exiguo lumine tripudiantiu. Peracto ludo per uenerias delatus ut prius domu rediit: & uenerias ipsas quas nunq uiderat notauit & alia intermedia loca eundo ac redeudo & fluminatq; oia cu nunq uidisset postea uisa recognouit: & uenerias iprimis. Regressus domu expleta libidine in uirginē iāq; facinus ualde phorrens ut forte erat bene natus, aut diuina pietas miserata est, episcopum seu certe uicarium eius adiens plene fassus est: & ecclesie ianuis reclusis sollemniter uapulauit: & deo miserante religionem ingressus honeste uixit: & forte etiam uiuit in presens. Qui in se

hac ex parte certus esse cupit, fratrem andream genueruntque obsequiis  
beatissimi domini nostri uacantem uirum cum religiose uite, tum  
etiam doctrine eminentis interroget. Testes uiuos exhibeo. Ad  
hec ne & ludi ipsi diabolici atque spectacula somnia putentur: aliud  
quoque referam. Crebro pueri puellaeque duodecim aut decem uel  
octo annorum, doctrinae & cohortatu inquisitorum respiscunt,  
qui & in tante rei miraculum instar illius ludi saltare iubentur:  
idque ita faciunt ut nullus sapiens negare possit quin altiori qua-  
dam arte & que humana transcendat sint edocti. Nam cum ille cho-  
rus per omnia humanis dissimiles sint: quae in illis femina post dor-  
sum masculi teneatur, & non antecedendo sed retrocedendo salte-  
tur: & in fine cum reuerentia presidenti diabolo soluenda est ei ter-  
ga dantes inclinent caput non in ante sed retro: & pedem non ste-  
tant retro, sed in ante eleuantes in altum. Id totum uero tanta gra-  
tia & uenustate perficiunt ut id statim & in pueritia sit impossibile  
didicisse. Siquis uero hec aut negat aut dubitat, certus effici potest  
non modo in agro comensi ac brixiano ubi eiusmodi uigetur: ue  
etiam hic rome per fratrem iohannem de berthenorio socium prothoectoris in gym-  
nasio magistrum thome placentini uicarii nostri. Id uero sum-  
mo opere cupio ut reuerendissimus aliquis ex dominis nostris car-  
dinalibus id muneris assumat ut decem ex his puerulis & puellis  
romam traduci curet (quod facillimum est) quo & urbi rome specta-  
culum grande prebeat, & incredulis uelamē grandius auferat ce-  
citatis. Sed contra arguitur ex uerbis dicti capituli. Nam dicitur  
dicta fieri in somnis & solo spiritu, inter que est delatio. Solutio.  
Dico primo quod capitulum per exaggerationem loquitur: sicut & docto-  
res sancti: ueluti augustinus. iterum sic exaggerat contra artem quod uideatur fa-  
cere sabellio: & eo casu uerba apud doctores non extendenda, sed  
pie exponenda sunt: & sic quia frequenter homines in somnis & spiritu  
imaginatione fiunt, dicitur simpliciter in somno uel spiritu fieri:  
licet aliquando aliter fiant. Dico. 2. quod semper fiunt in somno &  
spiritu, in dicta secta: non autem in secta strigimagarum, & differen-  
tie ratio assignata est: quia scilicet sub specie boni & fidei diabolus  
melius decipit in somno: sub specie autem experiende uoluptatis  
in uigilia melius. Sed contra responsionem. Dicit enim textus  
hec omnia

hec omnia fieri in solo spiritu ergo extra spiritum non sicut & consequenter semper in spiritu sunt. So. primo quidem textus non loquitur in strigimagine in quibus si loqueretur diceretur quod omnia sunt in solo spiritu quantum ad aliquid non quantum ad totum quod percurrit: ferunt. n. realiter quantum ad motum & spacium bestia in uel aliquid homini concurrens, est in solo spiritu. i. sensu interiori uel exteriori, non autem in spiritu. i. in intellectu ad quem eorum illusio non attingit: ut dictum est. Si autem textus intenderet omnia hec quo ad omne concurrens semper in omni secta in spiritu fieri, iuris per se ex particulari. i. paulo & ezechiele probaret uniuersale de omni & semper. Non intendit ergo textus omnia ista semper in spiritu fieri in sonis: nisi forte apud illam sectam: quia insufficienter probaretur: sed intendit quod non est uera dea aut uera bestia quam isti uident: & assigunt quomodo in hoc decipi homines aut femine potuerunt: quia hoc est uident in somnis & fantasia: quod possibile esse probat ex somniis nostris & uisionibus ezechielis & pauli. Videat etiam de hoc ca. sequenti: ubi ad quedam argumenta: soluetur: & ibi est puncto. 3. uideatur etiam in calce huius scilicet lib. ubi forte tractatum 10. fra. pozini. bii cribrabimur. Preterea arguitur sic a quibusdam. Nam in beati germani uita legitur exptum fuisse pertratum: & similiter alias: quippe mulieres de tali delatione infamate ac proinde obseruare eo tempore quo se delatas putarunt, ad latera maritorum iacuisse inuenite sunt. So. Vellem responderent mihi isti subtiles argumentatores, qua experientia constat id quod uiro adiacebat mulierem potius fuisse quam in mulieris specie demonem. Si ergo se nihil probare minime uident: cecutiunt. Sicut autem ibi legitur quod imaginane deferantur uita legitur & alibi quod ferant realiter plerumque & crebro. Legant hi modo piaceat theobrabantinum in eo libro qui de apibus inscribitur: & de fantastica & reali delatione multa miranda conspiciant: legant & nider in preceptorio precepto primo, & in fornicario, & sileant.

**¶** Esse in rerum natura maleficia.

Capitulum secundum.

Am uero in primis ipsa maleficia (unde hoc genus hominum magi siue malefici dicuntur) in rerum natura esse uel posse esse in ostremus: non quidem mera naturali ratione uerentes (ut lib. primo scircous quod etiam in

fidelibus satis esset) uerum & diuinis litteris & diuinis tractatori-  
 bus quasi testibus utendū nobis oportune est. Hoc autē multis pū-  
 ctis agemus. ¶ Punctum primum. Circa maleficium. i. ma-  
 lum illatū a diabolo homini p̄ hoīem, uel hoī ab homine suffra-  
 grante diabolo: errores extitere. Quidā. n. ut diuus tho. in .4. di.  
 34. testatur, maleficium nihil in mundo esse existimarunt, nisi in  
 existimatione hominum: qui effectus naturales quorum cause oc-  
 culte erant maleficiis impurabant: quod equidē doctrine sanctoꝝ  
 compugnat, qui & demones esse & potestatem supra corpora n̄a  
 & imaginationē habere firmarunt, modo a deo permittant: unde  
 malefici per eos aliqua mira possunt efficere: ut etiam primo lib.  
 monstrauius. Procedit uero inquit tho. hec opinio ex radice in-  
 fidelitatis: quia. s. demones esse non crediderunt, nisi in uulgi exti-  
 matione tantūmodo: ut terrores quos sibi ipsi facit hō ex sua exti-  
 matione demoni ascribant: & quia etiā ex imaginatione uehemē-  
 ti aliq̄e figure quales cogitant, in sensu apparent. creduntur de-  
 mones uideri & non uident. Sed hec oīa nō uera fides modo, ue-  
 rum etiā uera p̄lia & experientia repellit: quibus demones uere eē  
 constat: & multa posse nature sue subtilitate que nequeunt homi-  
 nes: ut probatum est libro primo: eos uero qui eos ad talia indu-  
 cunt maleficos dicimus. Rursus alii dixerē maleficos quidē esse.  
 maleficiales uero effectus non efficere sed cogitare tantum: ac per  
 hoc non uere sed imaginarie ad maleficium concurrere: sic q̄ ef-  
 fectus maleficiales realiter quidē in maleficiato sunt: non tñ reali-  
 ter a malefico fiunt. ¶ Rursus uero alii e contrario cōcedunt malefi-  
 cum realiter ad maleficium operari: non tñ reale sed fantasticum.  
 Sumpsit uero hi erroneum ex canone fundamentū. 26. q. 5. epi-  
 scopi: ubi quod de illis mulierib⁹ fantasticē fieri dicitur, ad omne  
 maleficium extendi putauit: & ad idē ex eo moti sunt q̄ ibi dicit:  
 qui credit uel asserit creaturam posse fieri aut aliquam creaturam  
 in melius deteriusue mutari &c.

¶ Punctum Secundum. Omnes autem eiusmodi errores per di-  
 sta in libro primo falsi patent alias etiam per doctores omnes in  
 2. di. 7. & 8. qui per maleficos cooperante demone mira fieri astru-  
 xerunt: alias etiam eisdē heresim sapere clarum est. Nam de pri-  
 mo ex eo constat q̄ demones esse negat: contra illud uerbum do-

mini. Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. mat. 25. De aliis uero pater. P. lex enim diuina crebro mandat maleficos nō esse uitandos modo, uerum etiam occidē dos: quod utiq; nō fieret nisi realiter cū demone ad realia damna & reales effectus cooperari eos uerū esset. Nam dent. 18. omnes malefici & incantatores iubentur ite. fici. Et leui. 19. anima inquit q̄ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cū eis, ponam faciem meam cōtra illam, & interficiam eam de medio populi mei. Dicunt aut̄ ibi magi iidē qui & malefici uanoli uero hi sunt qui per esta animalium demoni uel idolo immolatorū diuī nabant. Et iterū ibi. 20. uir uel mulier in quibus phitonius uel dī uinus spiritus fuerit, moriatur, lapidibus obruent eos. Et dicunt phitones hi qui arripiuntur a demone, inde per eos diuinante: q̄ morti addicuntur, q̄n ex sua culpa seu suo consensu arripiunt: q̄d aliq̄n propter questum euenit: unde & paulus act. 16. uirgis cesus est q̄ curarit phitonissam, que suis questū magnū prestabat. Et exo. 7. idē pateat de magis pharaonis: qui uersa uirga aaron in colubrum uirtute dei, & ipsi per incantationes egiptiacas & archana quedā uirgas suas uerterunt in dracones: & paulo post etiā aquas uerterunt in sanguinē. Nec est modo discutiendū an dracones illi fuerint ueri: quod esse potuit demonibus ibi ueros dracones asferentibus, aut per actiua naturalia cum materia propinque disposita admota eos generantibus: aut certe fuere specie tenus tantum & non uere dracones. Quicquid uero dicatur omnino ibi fuit realis effectus: id est aliquod corpus: quod aut erat aut uidebatur draco. ¶ Secundo. Nam quicunq; de his que catholicam fidem concernunt aliter q̄ ecclesia romana sentit hereticus sit oportet 24. q. 1. hec est fides: & de here. ad abolendam. P. predictos uero opī nantes eiusmodi esse nulli dubium esse potest. ut pater. di. 24. q. 1. in capitulo per sortiarias: & extra de frigi. & malefi. per totum & per omnes doctores concorditer distinguentes de maleficio ppetuo & tempotali, nunq̄ difficultantes an sit uerum aut fantasti- cum: ut ho. gode. ray. & uniuersi theologi ac canoniste: & simili- liter per omnia iura & per omnes doctores de pena maleficorum tam subtiliter disputantes & distinguentes, ut si sit notorium cri- men eucharistia negetur, si occultū dierum quadragira pena mul-



retur de con. di. 2. pro ditione: item si sit laicus, excommunicatus clericus deponatur monasterio intrudendus. 26. q. 5. nō oportet et q̄ tales infames censeantur, & qui ad eos concurrunt: nec ad accusationem admittendi. 2. q. 8. quisquis. ¶ Tertio. Nam si dicti errores non sapiūt heresim, quilibet posset credere maleficia non esse veros & reales effectus: & cōsequenter nō posse humana lege gravissime & capitaliter plecti: quia propter opiniones aut fantasias lex humana non occidit. Sed hoc falsum esse nulli dubium est potest: quippe azo in sum. super libro. 9. codicis rubri. de maleficiis. l. post corneliam de sicariis & homicidiis dicit omnes quos vulgus maleficos dicit & qui diuinandi artem norunt, s̄m ciuilia iura peccata capitalē merentur: l. nō. C. de malef. & l. culpa. l. nullus ubi delinquentes excapitantur: & qui arte magica vite innocentium insidiantur, vel mulierum animos ad libidinem flectunt, bestiis obiciuntur: ut ibi l. multi: & ad eorum accusationem admittit quisq̄ ut ibi sic fit & s̄m canones de here. in fauorem libro. 6 & eorū quisq̄ nulla dignitate obstante questionibus subiicitur: & si fatetur excruciantur unguis. ubi supra. l. si ex. nūc tñ malefici cremantur forte propter sexum femineum: imo ibi dicitur q̄ tales ad alterius litem accedere nō pmittantur: alioquin cremantur: & qui eos aut cōsulit aut suscipit, deportatur & bona confiscatur. Ex dicto autē capitulo male intellecto suscepit fomēta errores eiusmodi: ut mōstratum est & statim mōstrabitur. Et si uero heresim sapit negare diaboli maleficiū eē: nō tñ sapit heresim negare maleficiū esse p̄ hoc uel illud genus hominū, puta strigimagarū: ita credo q̄ de hoc multa dici potuissent. Quod uero & magi & mage sine numero sint, testes sunt populi qui gregatim horum maleficia patiuntur: testes etiam sunt libri de his pleni: patet p̄ io. nider precepto primo & bedam de gestis anglorum: & guil. de uniuerso: & librum de apibus: & malleum maleficarum: in quo eius auctores inter cetera sic referūt. Quidam nobilis comes in cōfinibus diocesis argentine ducta in uxorem iuēcula eque nobili ad tres annos post nuptias cognoscere neq̄, maleficio prepeditus (urpatebit) frustra inuocans omnes sanctos: imo nō frustra: quia remedium ei allatum est. cū uero alicuius rei gratia ciuitatem metēsem intrasset ualidius familiam mulierem olim ꝓcubinam suam offendens, eam blande

ex antiqua amicitia salutavit nihil de maleficio quod patiebatur ad  
uertens: que cernens comitis pietate econvertero eum salutavit & di-  
ligenter quomodo cum comite ageretur inquisiuit: nec non cum comi-  
tissa: quo respondente quod dei gratia bene: & quod tres filios singulos  
singulis annis ex comitissa genuisset effinxit illa stupefacta siluit  
cui comes amplius blandus: oro inquit carissima quare sic diligen-  
ter interrogas indices. Tunc illa uere inquit congratulor: sed male-  
dicatur illa uetula que obtulit se uos circa actum carnalem male-  
ficiate: in cuius signum in medio curie urbe in fundo talis putei est  
olla res maleficiales continens: ut quid ibi est coire cum comitissa  
nequeatis: sed ecce omnia uana sunt. de quibus gaudeo. ita autem  
esse comes inuenit & omnia igne absumpsit, unde comitissa noui-  
ter nuptiis celebratis: iam affirmavit se dominam illius castri: que  
tandiu uirgo per materat: quod & factum est. **P**un-  
ctum tertium. Nec priori puncto quo maleficos & maleficia fore  
monstrauimus, ob stare potest primo ca. epi. 26. q. 5. ubi dicitur quod a so-  
lo deo creatura mutatur in deterius: qui inquit credit posse fieri alii  
quam creaturam aut in melius aut in deterius aut transformari in aliam  
speciem uel in aliam similitudinem nisi ab ipso creatore qui omnia  
fecit & per quam omnia facta sunt, proculdubio infidelis est & pa-  
gano deterior. Non obstat inquit quia hoc capitulum ut dictum est per  
exaggerationem loquitur. & eius dicta sequenter pie interpretanda sunt  
alioquin sunt contra scripturam. Quod enim deus posse fieri aliquam crea-  
turam &c. intelligitur per creationem: non per generationem ex actibus  
naturalibus factam et demonibus adiuuentibus: alioquin contra  
scripturam est: quia per magos uirtute demonum possunt fieri aliquae  
creature imperfectae: quia exo. septimo magi pharaonis ianes. i. &  
mambres serpentes & sanguinem fecerunt: ubi glo. dicit quod cum per  
demonas malefici aliquid per incantationes efficere conantur per mundum  
discurrunt & colligunt semina diuersa, ex quorum adaptatione  
prorumpere possunt species diuersae. Et hoc non est dubium apud  
alber. de animal. & tho. in prima. q. ii. 4. ar. 4. Quod uero ibi dicitur  
in melius deteriorisue mutari, primo quidem ibi accipitur melius &  
deterius non aduerbialiter, sed ut sunt nominata sit sensus quod  
una creatura sine deo mutari nequit in aliam aut nobiliores aut

uiliorem: secundo uero si aduerbialiter sumatur a deo solo hoc fieri potest auctoritative & ad correctionē: alias multos scripturarū passus euerit: quia demon iob mutauit in deterius pcutiēs ulcere pessimo: item demon hominem priuauerat loquela math. 9. & curatus a domino loquutus est mutus & filia cananee male a demonio uexabatur: math. 15. itē lunaticus male patiebatur. Iam demone math. 17. & alia multa eiusmodi ex diuinis litteris liquent: & idem clare patet in capitulo. nec mirum. 26. q. 5. ubi non modo hominibus per magos nocet malus demon: uerum etiam mortem infert. Quod uero ibi. tertio dicitur in aliā speciem uel similitudinē trāsformari intelligere oportet de trāformatiōe reali & essentiali: nō de prestigiosa: hoc enim est cōtra tōrem: ut libro primo ostēsum est: & contra aug. 23. de ci. ca. 17. & cōtra scripturas: quia angeli sub diuersis speciebus se ostendunt & cōsequenter aliā demon autem transfiguratur se in angelū lucis: & psequenter ex ipse uideretur & alia ostendit sub specie aliena: quod etiam patet gen. secūdo cū euam sub serpentina effigie decepit. Non obstat secundo. q. si demō cū locali motu posset etiam corporales transmutationes efficere posset uniuersum genus hominū perimere: dico enim ex petro de tarā. q. utiq. eum perimeret ex magna inuidia qua aduersus hominē concitatur: si pmitteret deus. Nec tertio. q. demon celi motum in quē omnis corpea mutatio resoluitur: uariare nō pōt s̄m dio. in epi. ad policar. quippe quod solius dei est: & consequenter corpora alterare nequit: dico enim q. utiq. hoc infert q. demon hoc immediate nequit secus mediante locali admotiōe actiuorū naturalium: que tñ admotio i celi motum nō reducit: cum ex eius uoluntate procedat: ut libro primo oñsum est: quā superiorē celi motu eē oportet. Nec quarto: q. si esset maleficium diaboli nocēs creature dei: opus diaboli uideretur fortius ope dei. Dico enim hoc eē rude argumentum: quia dicere opus id est effectū diaboli esse fortius opere siue effectū dei ē dicere q. una creatura preualet cōtra aliam per uirtutem quā hēt a deo ipso permittente, quod nō est incōgruum si uero per opus intelligatur actio illud non sequitur. q. deus sua actione statim posset anichilare diabolum. ¶ Punctum quartum. Ad maleficium seu maleficiale effectum i ecclesia sem-

per & demon & maleficus concurrunt. ¶ Patet id primo ex de-  
scriptione maleficiorum per isido. eth. libro. 8. cap. 9. malefici inq̄  
dicuntur iob facinorum magnitudinem: mala. s. precunctis male-  
factoribus efficientes. hi elementa concutiūt opere scilicet demo-  
nium: ad grandines & tempestates concitandas. mentes homi-  
num turbant. intellige ad amentiam, odium: et amorem turpem  
ac sine ullo ueneni haustu: uolentia tantum carminis animas in-  
terimunt: intellige ad eorum uerba spiritu malo cooperante. item  
aug. de ci. dei & habetur. 25. q. 5. nec mirum magi sunt inquit qui  
uulgo dicuntur malefici: & ob facinorum magnitudinem sicutum  
cupatur hi sunt qui permissu dei elementa concutiunt hominum  
turbant mentes minus confidentium in deo ac sine ullo ueneni  
haustu uolentia tantum carminis interimūt homines: unde & lu-  
canus. Mens hausti nulla sanie polluta ueneni. incantata perit de-  
monibus enim accitis audent uentilare. ut quoscunq; suos peri-  
māt malis artibus inimicos. Ex quibus patet propositum. ¶ Secū-  
do, Nam id patet per omnia quibus supra libro primo magorum  
opera a mala etiā intelligentia procedere: que enim per diabo-  
lum solū fiunt mala: hominibus non dicimus malefici: sicut nec  
iob ulceratum maleficiatum cōsueuimus dicere. Similiter nec ma-  
leficia cōsueuimus dicere que ab homine homini iniuste mala  
inferuntur: sic ut hi maleficiati dicantur: ut uulnerati: etiam si fiāt  
diabolo suadente modo non fiāt eo cooperante. Concurrunt er-  
go demon & magus. ¶ Tertio. Nam effectus penales & noxiū  
qui a uoluntate proficiscuntur: multiplices sunt: & in primis qui  
sunt per angelum bonum: ut decem plage egipti de quibus in  
exodo: & pestilentia dierum trium tempore dauid de qua primi  
par. 21. & decede octoginta duorum milium hominum tem-  
pore senacherib de qua reg. 4. capitu. 19. deinde uero qui sunt  
per angelos malos tantum de quibus in psal. immissiones per an-  
gelos malos secundum quas populus israeliticus crebro ut non-  
nullis placet cesus est: & iob ulceratus: & bonis spoliatus similiter  
& qui per homines malos tantum sunt: ut uulnera & rerum iactu  
res: similiter & q p utrūq; et q p sortiaras & eiusmodi diabolicos  
hoies. Sed horū effectū nullū dicimus maleficiū sic q̄ patiens hō

**maleficiatus** dicat nisi ultimum; q̄ & ex consuetudine nostri idio-  
 matis patet. unde nec etiā ipsi arcepticii maleficiati dicti sunt nisi  
 cum demone concurrerit homo: ut ad pactum & preces incātato-  
 nis diabolus hominem uexet. Vnde maleficia a zoroaste originē  
 sumpserunt: qui primus artes magicas mūdo intulit apud omnes  
 maxime uero aug. de ciui. dei: qui & diabolico opere nascendo ut  
 si quisq̄ dicit fuisse cham filius noe. Quare at̄ dētm̄ sit in ecclesia  
 dico q̄ effectum quē diximus maleficialē inter infideles circa ma-  
 trimonium diaboli? aliquādo solus facit: sicut narrat petrus de pa-  
 tr. 4. de iuvene quodam qui uxorem cognoscere non poterat; q̄  
 idolum desponsasset prius: & propterea diabolus in corpore assu-  
 pto se interponebat: non aut̄ in ecclesia, cuius rationē dixerim: q̄  
 infideles diabolus quasi suo iure possidēs, nō utitur eis in eiusmodi  
 ut eos peccātes lucretur: quod in fidelibus facit: in sanctificatis  
 enim diaboli tentamenta crassantur s̄m remigiū. Vnde nec indei  
 nunc quā iam eorum est certa damnatio, de idolatria tentantur ut  
 prius. Et idem suo modo de gentilibus est. Vnde maleficiis de-  
 mones utuntur perditionis eorū gratia: cū soli eiusmodi possent  
 efficere. ¶ **Punctum Quintum.** Nec t̄n huiusmodi effectus  
 maleficiales probantur sufficienter per solos demones, aut solos  
 malos homines fieri. primo per illud quod aug. dicit in lib. 83. q.  
 omnia. s. noxia que uisibiliter fiunt etiam per inferiores potestates  
 aeris fieri posse creduntur. Non enim negamus quin noxiales ef-  
 fectus, qui in hominibus & iumentis ac bonis fortune hominum  
 cernunt̄ a demonibus deo permittente possint inferri: dicente eo-  
 dem aug. 4. de ci. dei q̄ demonibus subiunt ignis & aer q̄tum eis  
 a deo permittitur: dicēte etiā glo. super illud psal. immissiones per  
 angelos malos: q̄ per malos angelos deus punit: sed dicimus hu-  
 iusmodi effectus nō dici maleficia, nisi concurrente homine ma-  
 lefico. ¶ Nec probatur idem. 2. per id quod uirtus demone infe-  
 rior & grandines inducere & morbos inferre potest sine superio-  
 re: dicente alb. de rerum proprie. q̄ saluia putrefacta modo ibi ta-  
 cto in fontē proiecta mirabiles concitat tempestates: & homo per  
 uenenum hominem interimat: & consequenter uidetur diabolus  
 ista sine homine posse. Dico enim q̄ utiq̄ ista potest diabolus: &  
 similiter saluia: sed non nisi celo conflente: uerum ista non dicit̄  
 tur maleficia

**ad maleficia nisi a demonē effectine & ab hoīe dispositiue & p-**  
**catuue fiant.** ¶ Nec tertio probatur idem ex eo quod mulier &  
 maxime uetula magne malitiē hominē sine demone fascinat: ma-  
 xime puerulum gal. 4. o insensari galate quis uos fascinauit? Di-  
 co enim q̄ fasciatio non plus est maleficiū q̄ pestis uel epidimia  
 ex contagione contracta: utrunq; enim est effectus naturalis: ut  
 per ea patet q̄ primo libro dicta sunt: & que de basilisco dicuntur.  
 Basiliscus enim primo uidens hominem interimit: primo uisus ab  
 homine aliquando interimitur. Videns enim hominem excitat  
 in corpore eius uenēnosa materia que oculos consequenter autē  
 & contiguam aerem ad hominē usq; inficit, & occidit: uisus autē  
 primo ab homine uolente occidere, & qui ideo speculis se muni-  
 nit: postq̄ ad specula infectus aer attigerit reflectitur ad basiliscum  
 usq;, & p̄ opuo ueneno basiliscus occumbit.

**¶ Esse in rerum natura strigas aut lamias,**  
**Capitulum Tertium.**



**Q**uia magos seu maleficos esse monstratum est: reliquū  
 est ut strigas quoq; esse monstremus: quo nomine  
 sc̄tam quandam intelligi uolo: maloꝝ cum uiroꝝ  
 tum uel in primis mulierum: habentiū pacta expressa  
 cum diabolo ea precipue ratione ut interuenientib⁹  
 incubis & succubis demonib⁹ uoluptate uenerēa fruant nocte ma-  
 xime. Quod equidem multis punctis efficiemus.

**¶ Punctum Primum.** Cum non possimus hoc genus homi-  
 num esse monstrare nisi de operibus demonū per magos & cum  
 magis multa cōseramus: expedit ex dictis in primo libro, & dictis  
 doctorum in 2. di. 5. 6. & 7. multa obiter recapitulari. Oīa igitur  
 opera sua per intellectum uoluntatēq; demō exequitur: quas uires  
 & naturalia cuncta integra & perlucida possidet: adeo ut circa re-  
 rum creaturam noticiā nō fallatur: nisi forte, in ordine ad supema-  
 turalia iudicet. Triplici autē scientie uiget acumine: ex subtilitate sci-  
 licet nature experientia t̄pis & reuelatione bonorū sp̄um, non il-  
 luminādo sed loquēdo facta: vñ & hoīm affect⁹ corporeos & cō-  
 plexiones & siderū effluxus in eos plenissime nouit: ex quo pites  
 sciūt iniq; demones aliquos ad maleficia eē aliquib⁹ aptiores: quos

etiā & p̄cipue ad eiusmodi sollicitate & infestā. H̄nt aut̄ uolū-  
 tē sic malo & culpe latentē: ut inde uelli neq̄ant: & cū semp̄ a d̄a  
 intelligant & uelut semp̄ a tu peccāt, aut superbia, aut inuidias  
 & furore, quo ferre neq̄t sathanas q̄ eo uero p̄tra eius uolūtate ad  
 suā gloriā salutēq̄ hūani ḡnis ut. Ex his uero duob⁹ intellectu. i. i  
 speculatiuis & uolūtate peūima, mirāda & p̄ōr & uult effice: adeo  
 ut d̄i iob. 41. ut nō sit sup̄ terrā prās q̄ illi ualeat cōparari factus  
 est ut neminē timeret: ubi gl. Et si neminē uimet mentis in sc̄ōp̄  
 subiacet. Qua p̄tate fit ut cuncta inferiora corpa mouere possit ad  
 nutū localiter p̄ se solū: medio uero alio corpe possit ea etiā acci-  
 dentaliter & substācialiter de forma in formā mutare uarias spe-  
 cies effingere & sub q̄ placuerit se oculis n̄is ingerere: quinimo  
 & sensus nostros oēs ludificare & imutare iterius & exterius p̄ōr  
 imo ip̄m intellectū & uolūtate quoquo modo indirecte attinge-  
 re. Sunt et̄ spūs non ex natura sed ex uoluntate imundi: quippe  
 quibus apud dionisiū insit furor irrationalis: amēs cōcupiscētiā  
 fantasia p̄terua: q̄ t̄n sunt metaphorice dicta: & q̄ ū ad eorū spūa-  
 lia crimīa sup̄biā, inuidiā & irā: p̄nt aut̄ sunt maximi hūani ḡnis  
 inimici: & nocēdi cupiētissimi: semp̄ in fraude noui: imutātes sen-  
 sus: & affectū pro uiribus inquinantes ac inflamantes in malū: qui  
 & uigilantes turbēt: inquietēt uero dormientes: morbos inferāt  
 concitent tēpestates, & sub boni forma ac sp̄e deludāt: uersi in spe-  
 ciem angeli lucis. a maleficis diuinū cultū appetunt, exigunt, ex-  
 torquent, magicis artibus fauent: q̄ & eorū auxilio sunt inuente.  
 bonis semp̄ insidiant: bonos infestāt: maximeq̄ in morte: in uitia  
 oīa pro uiribus trahunt: maximeq̄ in luxuriā: licetq̄ multas habe-  
 ant artes & mille nocendi modos. 16. q. 2. uisus: t̄n ut d̄i iob. penul.  
 fortitudo eius in lūbis eius. i. in luxuria q̄ in mastulis ex lūbis p̄fi-  
 ciscitur: unde sperma decicit: sicut feminis ex umbilico: p̄ hoc n.  
 p̄t̄m infinitos illaqueat: maxime utro frigidimagas que ideo sese  
 diabolo tradunt: ut cum eo luxuriētur.

¶ **Punctum Secundum.** Demones incubos. i. in forma uiri cū  
 mulieribus coeuntes: & succubos. i. uiris se in forma sup̄p̄site mu-  
 lieris, exhibentes esse negantes catholice nō loquūtur. Qui n. ne-  
 gant eos posse esse etiā philosophice non loquuntur: quia phi-  
 losophis rationibus libro primo ostendimus demones posse in uariis

formis apparere: qui uero eos posse quidem esse astruunt: negant  
uero ita esse de facto: cōtra dicta sanctorum loquuntur & poe. tap.  
& contra experientiā. Nam aug. 3. de ci. dei li. ca. 7. in ordine ad  
fabulas poetarum tractans an ex demone succubo nasci possit ho  
mo uideatur indiscussum relinquere: cū tamen certum sit q̄ non  
quia nō habet demon que necessaria sunt femine ad procreandū  
unde dicit. Vtrum potuerit uenus ex concubitu anchise eneam  
 parere in medio relinquamus. Postea uero ca. 5. q̄tum ad progres  
sum scripturarum ex uera muliere & demone incubo posse nasci  
 gigantes determinat & uerum est: quia qd̄ ex parte uiri est incubo  
 non deest: cū possit uerū sperma ab homine qui polluitur sumptū  
 infundere mulieri: unde ait. Creberrima fama est: multiq; se exptos:  
 uel ab eis qui experti erāt: de quorum fide dubitandū non est: se  
 audisse confirmat: siluanos & faunos quos uulgos incubos uo  
 cat: improbos extitisse mulierib⁹: ac earum appetiisse ac peregisse cō  
 cubitum: & quosdam demones quos dufios galli nuncupant: assidue  
 hanc immunditiā & tentare & efficere plures talesq; affueuerāt  
 ut hoc negare impudentie uideatur: hec. ille: qui deinde ibi deter  
 minat: q̄ illud gene. 6. uidentes filii dei. i. filii seth. filias hoīm. i.  
 filias cayn: non intelligitur de incubis solum. Preterea ibidē glo  
 sa ait. Non est incredibile non ab hominibus sed ab angelis uel  
 quibusdam demonibus qui mulieribus sunt improbi eiusmodi  
 homines idest gigantes esse procreatos de quibus in littera dicitur  
 gigantes autē erant super terram. Et ad idem est glo. isay. 13. ibi &  
 pilosi ibi saltabunt: & isay. 34. super illos occurrent demonia: & 1.  
 corin. undecimo. super illo propter angelos. Preterea isido. in  
 libro octauo. ethi. capitulo ultimo. dicit pilosi qui grece panisci  
 latine incubi appellantur. Vnde & incubi dicuntur ab incu  
 banbo hoc est stuprando: sepe enim improbi existunt mulieri  
 bus & earum peragunt concubitum. Quos demones galli du  
 fios nuncupant: quia assidue hanc peragunt immundiciam. Quē  
 autem uulgo incubonem uocant: hunc ut supra tactū est: romani  
 faunum ficarium dicunt: ad quem oratius dixit. Faune nympha  
 rum fugientium amator: per meos fines & aprica rura: leuis ince  
 das. Ad idem est Beda in gestis anglorum: & guil. in libro



de uniuersa parte uelima: & communis theologorum scola in secūdo senten. ubi supra: & specialiter doctor sanctus prima parte. q. 15. & quol. 7. q. 10. & super isay & in secundo di. 8. ar. 4. q. 2. reddit rationem quare inde possint procreari gigantes: quia scilicet demones nouerunt uirtutem seminis ab homine decisi & proportionem mulieris cui illud inferunt: & occurrentes constellationes ad hoc iuuantes. sub quibus infunditur. Nec tñ eiusmodi feda exercitia demones frequentant, quia uoluptatibus eiusmodi afficiantur: spiritus enim carnem & ossa non habet: ceterum ideo ut homines animo & corpore maculentur & pereant.

¶ Punctum tertium. Nec his quibus assertum est per demones incubos posse homines generari repugnat primo. q. humane generationis modus a deo institutus est: ut sit per marem & feminam genesis primo. Dico enim q. quia deus rationalem creaturam modo ei congruo regit & gubernat. i. cum libertate arbitrii multotiens permittit eam aduersus sua instituta operari & hominem fornicari & demonem generare hominem per modum predictum qui tamen non demonis sed uiri a quo semen quo demon utitur decisum est: sicut etiam sacramentum matrimonii a deo institutum per diabolica maleficia uitari potest: ut probatum est. Nec tamen opus diaboli fortius est opere dei: quia illud non uitiat per uiolentiam sed deo permittente: de quo etiam supra dictum est.

¶ Non obstat secundo q. procreare hominem sit actus uiui corporis: quo utiq. demon careat oportet: ut probatum est. Dico enim q. eo casu homo ab homine uiuente procreatur: quo semen deciditur: demon tamen ibi habet localem motum quo semē admouet mulieri: sicut ignis cibum excoquit. quem tamen admouet coctus. quod utiq. demō facere potest multipliciter. primo excipiendo semen resolutum ab homine in somno aut uigilia: secundo exhibendo se succubum uiro. & excepto ab eo semine illud sub forma incubi exhibendo mulieri uel alteri demoni qui eidem incubus fiat & eiusmodi. Semen secundo modo resolutum est uigorosius natura enim magis in coitu nitit ad presentiam femine q. alias: potest etiam per demonem naturalibus actibus cōseruari foueri & roborari. Cum autem demon semen & excipere & infundere inuisibiliter possit libentius hoc uisibiliter aut saltem sensibilibiter facit: ut

mel sic homines magis concitentur in libidinem & maculentur. Di-  
 xi uero aut sensibilitate quia plerumque demones in tenebris exhibent  
 se incubos etiam personis deuotis deo permittente: & hoc exper-  
 tum est: imo uiri aut mulieres que sic temptari a deo permittuntur  
 ut ad latus sentiant apparenter masculinum aut feminam, si boni sunt  
 non nisi optimi & fortissimi esse queant: neque enim deus militi  
 imbecillitatem uehementem temptationem inferri sineret: qui tem-  
 ptari nos supra uires non permitit. Quod uero demon uiro succu-  
 bus sperma tradit alteri: qui fiat incubus: ratio reddi potest. ut quisque  
 demonum aliquid operetur ad malum: & suo principi famuletur: dum  
 unus succumbit uiro mulieri uero alter incumbit. Non obstat ter-  
 tio quod sicut anima nostrata & demon uidetur nihil posse mouere  
 localiter nisi corpus a se uiuificatum: aridum enim digitum non mo-  
 uet anima: & consequenter cum semen non uiuificet: illud nequit  
 localiter admonere mulieri. Dico enim quod ratio non sequitur: quia  
 ista ideo contingunt quod anima sit spiritus intellectualis infimus &  
 corpori naturaliter unitus: & consequenter ad illud mouendum  
 naturaliter limitatur. Angelus uero non sic limitatur ad unum  
 corpus: quia nulli naturaliter unitus: & cum nature ordine anima  
 sit altior: habet mobile sibi proportionatum latius: & consequenter  
 corpora multa: & consequenter quodlibet eorum immediate respi-  
 cit. ¶ Nec obstat quarto quod demones corpora sibi propiora mo-  
 uere nequeunt. i. celestia: essent enim in celo: cum mouens sit con-  
 iunctum mobili septimo philosophi quod neque platonici neque christiana fides ha-  
 bet: consequenter autem nequeunt mouere remotiora. i. inferiora.  
 Non obstat inquit quia dico quod si demones fuerunt omnes sub uno  
 qui ordini terreitum preesset sua uirtus naturalis ad celestem motum  
 se minime extendit: nec illa corpora sunt eis propiora istis. aut pro-  
 portione aut situ: cum ista sint eis ad motum proportionata non il-  
 la: & ipsi longe a celo distent. quippe qui in abisso uel in aere  
 sunt ad nostrum exitium relegati. Si uero supremus eorum  
 fuit supremus inter angelos simpliciter ( ut credo ) consequenter  
 uero de ordine quolibet ceciderunt omnes aut aliqui eorum  
 celos naturali uirtute rotare possent altiori modo quam eorum mo-  
 tores sicut aut omnes aut quidam naturali ordine sunt altiores in  
 ista sententia hanc sed deus non permittit in penam peccati eorum

Ne sibi sint tam nobiles cooperatores in generatione oſum rerum maxime uero electorum. Et ſiquo modo ad eorum uirtutē in ſuo naturali ordine pendebant celeftes motus: deus ſua omnipotentī ſapientia aliunde ſuppleuit: ne diabolo mouente celum tot & tanta beneficia ab eo capiamus.

**P**unctum quartum. A predictis autē illecebris & ſordidīs actionibus poſſent mali demones per angelos bonos cohiberi. quod tamen crebro non faciunt. Ratio primi. Nam ſecundum grego. in quadam omel. poteſtates dicuntur angeli quorum ditioni uirtutes aduerſe ſubiecte ſunt: & aug. in tertio de tri. ſpiritus inquit uite defertor atq; peccator regitur per ſpiritum uite rationalem. pium & iuſtum: & preterea ſicut creature deo p̄piores & ideo perfectiores aliis influunt: q. ſ. totus prelationis & regiminis ordo ſit originaliter in deo: & ſecundum propinquitatem ad deum participet ita etiam angeli boni deo maxime propinqui & uniti propter ipſam qua demones carent dei fruitionem demonibus principantur & demones regunt. Ratio ſecundi. Nā angeli diuine ſapientie miniſtri ſunt: omnes enim quod ait apoſtolus ſunt adminiſtratorii ſpiritus: unde ſicut diuina ſapientia ita & miniſter eius angelus bonus nonnulla mala fieri per malos angelos aut homines permittit ut inde bona maiora deo operante euegant: ad promotionem bonorum & malorum punitionem, perfectionem uniuerſi: & gloriam ſummi dei.

**P**unctum Quintum. Incuborum ſuccuborumq; ſpurcitiarū exercent demones uniuere ſiſed quidam inferiores. Hoc enim eorum nature congruit: qua ab inſtanti productionis ſue, ordinati ſubinuicem fuerunt cum omnes inuicem ſpecie differant: ut ſupra oſtenſum eſt libro primo: & eſt ſententia dio. 10. ca. cel. hierar. qui in eodem ordine primos medios & inſimos aſtruxit: naturam aut peccatum non abſtulit. unde naturalia demones non amiſerunt ut ſupra dictum eſt: naturales autem rerum condiciones operationes rerum proprie conſequentur eiſq; proportionantur & congruunt: unde multarum naturalium operationes ſunt multe & ſuperiorum ſuperiores: conſequenter autem inſime inſimarum naturalium ſint oportet. Congruunt & id diuine ac perinde inſinite ſapientie: ut ea que ab ipſa ſunt ordinata ſint: ut apoſtolus ad 10. 23. proſi

zetur. unde quia demones a deo sunt ordinati subintus sunt: & quia ad exercitium hominum ab eodem deputati sunt: ut exercitio boni proficiant & mali pro meritis damnati excrucientur: etiam hoc deus ordinate fieri voluit. Congruit etiam & diabolice nequitię: quia cum humano generi pro uiribus aduerfetur. ut magis impugnet ordinatius pugnat: unde apud diuinorum tractatores sub sathana rege tartareo sunt duces qui de luxuria q̄ de gula & eius modi tentent: & satellitibus suis pro cuiusq̄ natura consequenter ingenio & nequitia sua mandent imperia. Ex his ergo patenter concluditur luxurie nephanda opera non exerceri statim & sine medio per nobiliores demones: ceterum per eos potius qui in ultimo choro sunt ultimi. Immo quibusdam uiris etiã peritis uidetur q̄ a toto genere demones sodomiticum & alias omne contra naturam. i. extra debitũ uas coitus uitium horreant: quod inde arguunt tum quia nunq̄ in hoc legitur turpissimus demon se aut incubum aut succubum exhibuisse: tum etiam quia in suis opibus sicut natura. ita & demon superfluum effugit: est autem superfluum effundere sic sperma ut generatio sequi nequeat: tum quia archie. hoc uidetur sentite adducens theologie compedium: sed his non obstantibus in contrarium est ueritas: quippe uniuersaliter strigimã que in eiusmodi spurcitiis uersantur, aliqd̄ turpissimum: (quod tamen scribã) asstruunt uidelicet demonem incubũ utri mēbro genitali bifurcato: ut simul utroq̄ uase abutaf. Ad primũ ergo in contrariũ dico cõsequentia nō ualere: nō legit ergo nō est uerũ quia nec oĩa facta scribunt nec legunt oĩa scripta: vñ arguit ab auctoritate negatiue qđ minime licet. Ad secundũ dico illud esse quidem superfluum in ordine ad naturam. non at̄ in ordine ad finem gratia cuius demon incubus operatur: qui est ut strige sibi deputate adeo sue immergantur uoluptati: ut eas semper sibi detineat alligatas: & pereãt. Ad tertiũ dicitur archie. nō assertiue sed recitatiue loq̄: ut magis homines terreret & auerteret ab eius modi dãnãdis criminibus. Nō obstat q̄ at̄ huic ultimo pũcto q̄ si cut ad rōem hōi prinet modus & ord. apud aug de nã bo. ita ad rōem mali prinet iordinatio. & sequēter actiões malorũ angelorũ nō sunt ordinate: ut infime infimis cõgruãt. Nō obstat inq̄: dico em̄ q̄ & si bonũ sine malo iueniri possit: ut in deo & beatis: nō tñ ecõtra sine bono malũ iqd̄ semp in nã bona fundef oportet

cum prinato siq sine subiecto esse nequit. Et ideo demones inq-  
 tum naturam bonā nacti sunt, ordinati sunt: & ordine quodā ma-  
 las & perinde inordinatas actiōes fortiūtur inq; ū uero mali sunt  
 actiones habent sine ordine ad finem debitum sibi a deo prestitu-  
 tum. Vnde iob. x. ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabi-  
 tatus sic intelligitur quia in inferno (ubi tñ non sunt demones qui  
 nos impugnant) nō est ordo operationum bonarum moraliter  
 que. s. sint ad debitum finē relate; cū dānati omnia referant ad suū  
 finem ultimū qui non creator sed creatura est; & longe minus in  
 eis est ordo actiōnū meritoriarum eterne felicitatis; est autem ibi  
 ordo nature: & consequenter exercitiorum in puniendo malos: q̄  
 tñ est a deo potius q̄ a malis angelis. ¶ Nec. 3. obstat dicere q̄ non  
 omnib⁹ eiusmodi actibus turpissimis uacare, nō pōteis conueni-  
 re a natura, quia eadem est que ante p̄m̄: neq; a culpa uel pena: quā  
 cum ista maiora sint in maioribus, in eorum penam deberent hu-  
 iusmodi miserrimis actibus add. ci. Non obstat inq; quia dico hoc  
 esse propter natūā q̄ itegra quia est: superiori superior operatio cō-  
 gruit. ¶ Non obstat .4 q̄ ubi nō est subiectio & obediētia: ut iter  
 demones sinter superbos enim semper iurgia sunt. prouer. 13. ibi ē  
 actiōnū indifferentia. Dico enim q̄ in eis est concordia non ami-  
 citie: sed nequitię: ex qua & odiunt homines & iusticie diuine pro-  
 uiribus repugnant. Et eiusmodi concordia consueuit esse apud  
 impios: ut se subiiciant eis qui ad suam nequitiam peragendam  
 aptiores & fortiores sunt.

**¶ Est in rerum natura strigimagas, & que secta  
 earum. Capitulum Quartum.**



Si iam ex dictis magas & strigas esse liquet: quippe  
 quibus probatū est eētūq; hominū genus reliquū  
 tñ est ut etiam strigimagas esse probemus iqd̄ equi-  
 dem fiat oportet, si eas dē p̄sonas & strigas & magas  
 esse p̄barim: quod nōnullis punctis agendū est.

**¶ Punctum Primum.** Per magas ad strigiatum & magica fla-  
 gitia: homines tribus modis aduocat demon. Et in primis quidē  
 per tedium tētationum & aduerse fortune: quibus homo plerūq;  
 magarum

magarum presidia cogat expetere. Nam proficiente dno greg. dia-  
 bolus frequenter hominē tentat ut saltem per tediū uincat: quod  
 tñ itellige circa uires hoīs que deus tētari sinittne propria igna-  
 mia marcescat in cuius figurā de' oli gentes nōnullas in terra israe-  
 lis remanere uoluit: ut in eis erudiret israel iudicū. 2. & in noua le-  
 ge oportet hereses esse: ut qui probati sunt manifesti fiant ut ait apo-  
 stolus. Igitur peruersissimus demon quosdā etiā innoxios per ma-  
 leficas tantis dānis afficit temporalibus: ut quasi cogantur malefi-  
 carum remedia expetere: & cōsequenter earum consiliis niti: qui-  
 bus ad strigiatum primo. deinde uero ad maleficia trahantur hui'  
 rei experimenta & exempla adeo multa sunt: ut nō oporteat nos  
 in hoc fatigari: de quo inquisitores uniuersi interrogati responde-  
 re possunt: quot mulieres eis officio suo insistentibus conqueste  
 sunt aut etiā conqueruntur: q̄ propter dāna illata uaccis lacte pri-  
 uatis & aliis iumentis maleficas consuluerint: & oblata ac oportu-  
 na remedia perceperint: ita tñ ut semper uni spiritui promitterent  
 aliquid quod modicū esse afferebant: modo illius magistri infor-  
 mationibus: assentiret super certis obseruantis tēpore diuinorū  
 aut confessionis & eiusmodi. Vbi illud aduertendum est q̄ arti-  
 fex ille mille hñs nocenti artes. 16. q. 2. uisis: semper tñ inchoare a  
 minimis assueuit: ut q̄ spuat in terram eo tēpore quo sacramen-  
 tum eucharistie eleuatur: uel claudantur oculi (q̄ hoc secundū: ex  
 humilitate & ne tentationes incredulitatis mentē uexent fieri licē  
 te possit) aut q̄ cū sacerdos dicit dñs uobiscum: respondeat aliq̄  
 uerbū insonum: aut q̄ pctā mortalia nunq̄ integre fateantur: &  
 eiusmodi: sicq̄ ad omnimodam fidei negationem & sacrilegam  
 professionem de qua puncto sequenti tandē adducunt. Et hoc pri-  
 mo. mō ad matronas honestas carnalibus uitis nō infestatas utū-  
 tur. Ad iuenculas autem & alias que illecebris carnalibus infestā-  
 tur: utuntur alio per carnis uoluptates seducentes: ubi illud in pri-  
 mis aduertere expedit: q̄ apud remigium in sanctificatis diaboli  
 tentamenta crassantur: unde sicut bonos q̄ malos tentare mauult  
 q̄q̄ mali habiliores sint fraudibus eius & lenociniis obtēparesita  
 quoq̄ honestiores uirgines puellas, magis decipere conatur: cui  
 rei testimonium est experientia & ratio, quippe qui cum malos  
 iam possideat: anhelat ad bonos obsidēdos & possidendos: instat

X

principum humanorum: qui magis contra eos qui de suo iure plus  
 obtinent, plus oppugnant. Ex malleo qui maleficarum inscribitur  
 in oppido rauenis purg. quedam balneatrix se a diabolo multa pas-  
 sam astruxit: quod deuotam quandam uirginem prediuitis filiam  
 seducens non duxerit die festo ad loca ubi cum ea demon in spe-  
 cie iuuenuli sua colloquia habuisset: & ea uirgo semper signo cru-  
 cis utiq; inspirante angelo bono sese tutata sit. Quedam etiam alia  
 uirgo tunc ut ibi dicitur in diocesi argentina uni ex inquisitoribus  
 falsa dixit: dum in paterna domo aliquando die dominica sola co-  
 sisterem: ex oppido uetula balneatrix uisitandi gratia me adiuuit: &  
 inter scurrilia multa uerba: hec in calce sue narrationis intulit. Ad  
 locum ubi iuuenes toti oppido incogniti morant te deducam: mo-  
 do placeat. dum uero annuissem tibi ad gradus scale qua ad eos  
 domo quadam ascenderetur uentum est: uide ait: ne signo crucis  
 te consignes: quod utiq; spondi: clanculo tamen post eam me  
 fidelium more signaui. Cum ergo summum scale gradum an-  
 te iuuenum cameram uetula conicendisset: se uertens animo sto-  
 machato. & toruo aspectu in me uersa: zen maleficaris inquit: si-  
 gno crucis cur te munuisti? hinc in nomine diaboli abscede: sicq;  
 ad propria illesa: redii. Deniq; prefata balneatrix incinerata tandem  
 & ipsa in hunc modum a uetula seductam se astruxit: unde patet  
 & uersute antiquus hostis in animas maximeq; uirgeneas baccha-  
 tur. Hec tamen uetula de consodali quadam sua in hec uerba retu-  
 lit. Cum amasum suum fornicationis gratia inuisere pertrexis-  
 set. demonem in forma humana itinere medio obuium pertulit:  
 a quo demone incubo cognita: & interrogata an illum cognosce-  
 reticum respondisset minime: demon inquit ille sum: & si me ad-  
 tuum beneplacitum uolueris semper ero presto. nec te i quibusuis  
 necessitatibus deseram. Cui dum annuisset decem & octo annos  
 cum eo in spurciis exegit. cum fidei: tamē abnegatione omnimo-  
 da. Tertius uero modus est per modum paupertatis & tristitie.  
 Inuencule enim corrupte & ab amatoribus sprete quibus nubendi  
 gratia ad rem turpem consenserant: tibi se & infamatas & corrup-  
 tas & relictas perspexerint: ad quecunq; presidia diabolica se co-  
 uertunt: aut irrisorem amatorem malefici adoraunt se omnibus spur-

9  
eiciis passim maculádo. Et sicut prohdolor talium iuueclaram  
sic & margarum non est numerus: ut supra dictum est.

¶ Pundum secundum. Sollemniter & tacite strigas profiteri dia-  
bolo ad instar religiosorum. liquet: ut etiam supra utcuq; tactum  
est. Cum enim suus uir aut femina sectam strigarum intrare uo-  
luerit: uantq; admittatur. profitetur aut sollemniter aut priuate: sicut  
ipsemet reuelarunt. Sollemniter sic fit. Malefice certa die in contio-  
ne ueniūt: & demonem in hominis effigie uident: qui exhortatio-  
nem habet seruáde sibi fidelitatis. uitam longam & secundam for-  
tunam spondens. Deinde ex eis certe astantes. nouitiam ad diabo-  
licam religionem suscipiendam. presentantes. diabolo commen-  
dant: qui si nouitiá, uoluntariam reperit. de fide christi abnegan-  
da & xpiano cultu & extensa muliere (sic enim beatam uirginem  
nocant) & de sacramentis nunquam uenerandis: extensa diabo-  
lica manu manum nouitię apprehendens stipulantur. Illaq; pmit-  
tit: ac deinde demonstatim iubiungit ista non sufficere: & require-  
te nouitia aut nouitio quid amplius exquiratur: homagii inquit:  
quod illud continet ut quo ad animam & quo ad corpus sibi eter-  
naliter ptimeat: & p uiribus quoscūq; alios utriusq; sexus sibi asso-  
ciare curet. Alius modus profitendi priuatus: scilicet sum demoni qua-  
cunq; hora & loco fieri potest: & uariis modis fit. Interdum enim  
aut uiris aut mulieribus afflictione quacunq; detentis adest demō.  
interdum uisibiliter: interdum per medias personas alloquens: &  
si secundum eius consilia operari uelint ac spondeant: omnia secu-  
da pollicetur ad nutum: a paruis tamen ut supra dictum est incho-  
ando ut ad maiora ducat. Hanc autem professionem uel tacitá uel  
solemnem non aliter q̄ infinitis processibus inquisitorum proba-  
re oporteret: quorum nullus est qui ante omnia non contineat  
& negarint fidem conculcarint crucem diabolum adorarint: &  
se se ei dederint: auctores tamen mallei malefici. de hoc plenissime  
se doctos asserunt per iuuenclam maleficam: sed conuersam in  
agro brisiaco a sua matertera incinerata edoctam sic. Cum  
inquit die quadam scanderem gradus & iussu eius cameram  
intratura essem: cum iuuenes quindecim uiridi colore uesti-  
tos conspexissem: elige inquit ex his unum in sponsum quem



malueristeamq; tibi tradam. Cum autem me nullum uelle respon-  
 disse grauius celsa tandem acquieui premissis modo: ac abin-  
 de sepius cum ea intempesta nocte multa spacia terrarum transiui  
 mus etiam ab argentina coloniam usq; interrogata uero an ima-  
 ginarie an realiter portarentur: respondit q; utroq; modo: prout est  
 superius dictum est. Confirmatur etiam hic modus proficendi per  
 ea que in suo fornicatio Io. nider astruxit: qui se hunc accepisse  
 scripsit ex relatu inquisitoris eduen: qui q; quidam magi in lausa  
 uensi ducatu proprios filios excocos manducarat astruxit. addēs  
 q; modus talem artem perdiscendi fuit. ut maleficis in cōtionē  
 uocatis. demonem in forma hominis uiderent: cui discipulus fu-  
 turus si sem necessario prestat de negando xp̄ano cultu & calcam-  
 da cruce ubi latēter fieri posset: & eucharistia nunq; adoranda. Re-  
 fert quoq; fuisse. famam referēte petro quodam iudice in boltigē  
 q; in terra barnensium tredecim infantes magi uorassent: unde &  
 publica iustitia satis dure ob hoc exercebatur: & animaduertebat  
 in ei usmodi scelestissimos homines. Cūq; a detenta quadam ma-  
 lefica quonā pacto infantes comederēt petrus exquisiuisset: respō-  
 dit. Modus iste est infantibus. nōdum baptizatis precipue insidia  
 murine. s̄ saluentur. maxime si crucis signo & orationibus nō ma-  
 niantur. hos inquit in cunis aut ad parenū latera nostris. cerimo-  
 niis enecamus. de tumulo deinde clanculo eos excipietes: & i cal-  
 dario decoquimus quousq; euulsis ossibus tota caro efficitur pe-  
 ne potabilis: & de grossiore quidem materiā unguētū cōficimus  
 nostris uoluntatibus & artibus ac subuexionibus accommodū: de  
 materia uero liquidiore uas replemus. de quo qui potarit additis  
 paucis ceremoniis statim conscius & magister fit secte nostre. Ad  
 idem in bernensium iudicio iuuenis cum uxore malefica captus  
 & seorsum carceri i intrusus. dixit. s̄ i meorum facinorū ueniā con-  
 sequi possem libentius in lucem efferē cuncta que de maleficis  
 scio: mori enim me ut uideo oportebit. Cūq; eum affantes li-  
 terati confortarent & ueniam ac misericordia eum cōsequi posse  
 modo uere peniteret astruxissent tunc letus se morti obtulit: & sic  
 exorsus est. Ordo inquit &c. ut supra capitulo secundo puncto se-  
 cundo. Iuuenis hic preconfectus in magna cōtritione mori uisus  
 est: uxor uero testibus cōcta quicq; uenitatis etiam in questionē

bus ipsis facta nõ est: sed neq; in morte quinimo parato incendio uerbis pessimis licet in cineres red.ãta est. Sic ergo patet modus profitendi: qui ubiq; in substãtia idem & si quoquo modo sit uariis in accidentibus est uariis.

**P**unctum tertium. Quare & q̄ multipliciter demõ homagium expetat. Homagium q̄tum ex ita magis colligi potuit hac rõe a professione secernitur, q̄ professio quidem essentialiter in totali aut partiali fidei negatione consistit: totali quidem ut cum ex integro fides negatur: partiali uero ut cum ex pacto inito cum morte aliqua contra ecclesie ritũ seruantur: puta q̄ diebus dominicis ieiunetur: q̄ sexta feria carnes edantur: aut certa crimina in cõfessione taceantur: & eiusmodi. Homagium uero in anime & corporis traditione consistit: illud ergo demon expetit ea ratione uel in primis, ut ad mouentiam & offensam maiorem diuine uelutis creaturam traducat: & ut certior sit q̄ illam in eternam damnationẽ secũ adducat. Exptos tñ se dñt multi ex p̄cipuis inq̄sitoribus: q̄ homagium interdum demõ una cum professione acceperit: interdum uero professione sola in presenti contentus ad certos annos homagium differt. Quare autem sic practicetur ex parte qui dem peruersi demonis multe cause deprehenduntur. Prima. Cum enim nisi ex signis & coniecturis cogitationes non norit: si quidẽ nouitiam ad consensum difficilem presentent: blande aggreditur ut paulatim ad maiora deducat. Secunda. Cum inter eos qui fidẽ negant diuersitas sit quibusdam ore solo: quibusdam ore & corde negantibus: an corde profiteantur experiri nolẽs ille dominus abbas inferorum: tempus quasi probationis instituit: ut interim ex operibus & conuersatione mentes experiat. Tertia. Nam ubi ex lōgo tempore nouerit aliquam minus uolũtariam. sibi q̄ ore magis adherere quã corde: presumit q̄ diuinam miãam ex angelica custodia illi affuturam: eam inde abiicere & aduersa fortuna fatigare conatur: ut uel sic eam ex desperatione lucretur. hec & similia nõ nisi inquirẽtium practica & exquisitis pietatis possunt agnosci: nõ enĩ hoc q̄ in tormẽtis. quedã strigimaga: nullo mō quedã uero facile ueritatem fateantur: item unde q̄ ipse postq̄ uerum falsũ sibi ipsis mortem laqueo aut quouis modo possunt asiscunt. Neq; enim a bono spiritu aut ad silentium aut ad confessionem

cooguntur: sed astuti demonis opera eiusmodi esse deprehēsa sunt qui eas quas toto corde & professiōem & homagium emisisse cōsequenter autem & pertinaces nouit inuat prebēdo taciturnitatis beneficium, aut uenias maleficium: de quo infra libro tertio: alias nero derelinquit nec uetetur q̄ eas sibi minus proficias putet. Hoc dicunt inquisitores se experiētia didicisse: quippe qui omnes quas incinerarunt per earum confessiones circa maleficia inuoluntari as fuisse norunt: quod tamen sub spe euadendi nequaquā dicebant, cuius etiam rei argumento erat plerumq; facies tumida & liuens: ex demonum uerberibus: quibus non ad beneplacitum inferniis sent. Quod uero post confessionem sibi mortem pro uiribus in ferant: experientia testis est: quod malus demon efficit: ne sacramē tali confessione saluentur.

¶ Punctum quartum. Strigimagas esse iam liquet. Si enim sunt magi & mage strigii ac strigie: & illi iidem qui magistrigii & que magestrigie sunt: iam strimage sint oportet. Ita uero esse ex professiōe ac homagio strigiarū liquet: quippe que ad maleficia se obligant: ut patuit.

¶ Punctum ultimum. Quomodo autem strimage ad ludum aut maleficia localiter ferantur a diabolo: quantum experientia docuit & inquisitores retuleret: dico q̄ multis modis. ¶ Quandoq; enim cum persone sunt uiles & locus uicinus, suis pedibus incedunt: quod equidem in agro cumano ex processibus factis in terra musci liquet: ubi omnes sic adire ludum planum est: Interdum uero equis aut hircis aut aliis efficitis bestiis feruntur: que sunt quidem apparenter bestie demones autem uere ut supra de eo dictū est qui forte etiam nūc monachus uiuit. Interdum uero & usitatus praedicatur ut cōfecto unguento ex mēbris puerorum precipue non baptizatorum baculum aut sedile iungant aut etiam se iter manum & brachium sub certo caractere & statim sublata in aera feruntur: quod infinite earum confessiones asseuerant. Interdum etiā feruntur nullo adhibito corporeo instrumēto sed sola demonis uirtute assistēt: ueluti supra de scolari patuit qui ceruissiam erat allaturus. Feruntur autem die & noctu ut libet & inuisibiliter diabolo interponēte aut circūuoluēte corpus aliquod sicut de enea dicit uirgilius cum cartaginem adiret: quia licet fit

nerit: dixit tñ possibile & similiter iterdū uisibiliter. Henrici insti. & soci? i hec fere uerba testant. In oppido ualzhut sup reno constā. diocesis: malefica opidanis & inuila & suspecta. q̄ ad nuptias non fuit inuitata. ad quas pene totū oppidū fluxerat: aduocato demōe ut grandinē ingentē sup choreas & reliquos inuitatos dumtaxat iſerret precabaf. Ab eo uero super monticulū ppe oppidū sine ullo corporeo instrumento uidentibus pastoribus quibusdā delata facta parua fossilla. cū ei deesset aqua quā inferret (quod ex more faciunt concitature tempestates: ut dicitur) imminxit & urinā digito mouens: sublato in aera uirtute demonis humores: ingens grādo cunctis mirantibus super iam dictos cecidit: & de hac malefica suspicātibus eo magis q̄ statim post ingressa est oppidum. & paulo post pastores uisa referarunt. Vnde capta & facta est hec & alia ac demum in cineres igne soluta.

**¶ Strigimagarum genus cū incubis & succubis respectiue illecebris flagitiose domesticęq̄ uersari ca. quintum.**



Via iam abunde an & quid sint strigimage deductum est. de q̄ secta ipsa dictum: iam de earum operibus tractandum est: & in primis de eo gratia cuius in talia feruntur: id est turpissima uita quam cum incubis & succubis respectiue ducunt. Quod equi-

dem multis punctis absoluemus.

**¶ Punctum primum.** Strigimagarum genus & si etiam ex uiris cōstat amplius tamen ex mulierculis: unde & femineo genere uti in eiusmodi consueuimus. **¶ Primo.** Prouerbum est tria esse que in bono uel malo mediocritatem non obseruant: lingua, per sona ecclesiastica. & femina. Et de lingua docet experientia: unde & esopus iussus emere carnes optimas, linguas emit: & itidem iussus emere pessimas linguas denuo emit: & irascenti domino q̄ non perfecisset iussa: immo inquit quia lingua bona nihil melius nec peius mala. de ecclesiasticis uero quo ad regulares aug. ad uincē. dona. paucis uerbis multa complexus: simpliciter inquit fateor charitati uestre coram domino deo nostro, qui testis est super animam meam: ex quo deo seruire cepi: quoniam difficile expertus sum p̄iores. sicut & non meliores quam qui in monasteriis defecerunt aut p̄oecerunt. Hec ille. Ratio uero est quia

cum assidue uersentur in diuinis: oportet q̄ diuinis inspirationib⁹  
 aut iugiter assentiant & fiant optimi: aut iugiter dissentiat & fiant  
 pessimi. In clericis autē secularibus eadem ratio militat: itē mo-  
 do differēs p̄ magis & minus: unde ut criso. dicit in omel. super il-  
 lud eiecit de tēplo &c. sicut inquit omne bonum a sacerdotio sita  
 & ab eo egreditur omne malū. De femina uero preter experien-  
 tiam idem diuinis litteris liquet: inā ecclē. 25. nō est caput nequius  
 super caput colubri: & non est ira sup iram mulieris: cōmorari leo-  
 ni & draconi plus placebit: q̄ habitare cum muliere neq̄. Et infra:  
 breuis est inquit ois malitia: super malitiam mulieris. s. male. De  
 bona uero idem ca. 2. mulieris bone beatus uir. unde & de bonis  
 preclara in litteris diuinis & humanis leguntur. Eligat ergo demō  
 magis mulieres q̄ uiros & mauult: quasi in omnia facinora pro-  
 niores & ad quedam etiam apriorēs: ut ad ea que obstetricū mini-  
 sterio patantur. ¶ Secundo. Nam mulieres ad credendum sunt  
 proniores: unde quia fidem euertere demon nel imprimis querit  
 feminas potius adoritur. ¶ Tertio. Quia propter complexionis  
 fluxibilitatē: facilius impressiones patiuntur: consequenter autē  
 ad reuelatiōes spiritibus separatis imprimētibus habiliores sunt.  
 ¶ Quarto. Quia p̄pter lubricitatē sue lingue malariū artiū doctri-  
 ces & auide: & pene coacte fiunt: dū nesciunt tacere q̄ norūt: accedit  
 uero q̄ ob animi pusillanimitatē: cū aliud nequeant ad maleficia  
 pro uindicta facile cōuolant. Sunt q̄ plures eiusce rei alię rationes.  
**P**unctum Secundum. Corpus quo incubus aut succubus de-  
 mon hominibus eiusmodi turpibus actibus miscet: in substantia  
 aereum ē sic tñ grossis uaporibus & terreis p̄pressum & conden-  
 satum ut ad terre p̄prietates accedat: quod sic elucidatur. Aereū  
 enim simpliciter esse nequit: q̄ sit infigurabilis aer: nisi figura alie-  
 na cuius rei signū est nunq̄ suis, semper autē alienis terminis clau-  
 ditur: & in sua spera ubi ad concuum ignis & maria ac terras fini-  
 tur: et extra suam speram: quippe qui ne uacuum detur angulos  
 omnes rei qua ambitur occupat. Quia uero maxime transmutabi-  
 lis est aer: & in quodcūq̄ uentibilis: ideo in se est p̄petens talis cor-  
 poris materia ut ex eius substantia sibi corpus demon assumat: cu-  
 ius etiam rei signum est: ut libro primo dictum est: q̄ corpus il-  
 lud anxi truncare aut confodere nequiuerunt: q̄. s. statim coeant  
 diuisi

diuisi aeris partes quia si figurari nequit nisi terrestre aliquid mi-  
scaturum aerem illū inspiratis quoquo modo & ad proprietatē terre  
ppingrare oportet: aeris tñ natura seruata: quod demones utiq;  
motu locali quo partes aeris cōprimantur: & uapores terre gros-  
si eleuati miscantur: facere possunt. Quod ubi faciunt demo-  
nes ad alicuius rei proprietates signandas siue angelici siue homi-  
nis siue equi uel eiuismodi iudicantur illia corpora ab eis assumptas  
in quibus sunt non ut anime uegetantes & uiuificantes sed ut mo-  
tores instar scilicet naute in nau: alias uero ubi talia corpora nō  
ipsi effingunt: ad aliquid signandum: sed effingit ut a deo uel a  
natura mouent: ueluti linguam a sine balaam: & arreptitiorum  
membra malus angelus mouerit: non assumpta eiusmodi corpo-  
ra: sed occupata dici contueuere.

**P**unctum Tertium. In assumptis uero corporibus cum stri-  
gimatis demones loquuntur, uident, manducant, cocunt & gene-  
rantque quoniam pacto faciant detegamus. Sonus est percussio  
aeris ad corpus solidum: puta campanā uel lignum qui si ab ani-  
mali fiat per eos uox dicitur animal enim ad cordis refrigerium  
aerem inspirans & attrahens per pulmonem & illum ad uocalem  
alteriam in guttulis extremo expirando percutiens uocat q̄q̄ & si-  
ne pulmone & attractione ae is possit uocem emittere animal qd̄  
alec facit cum extra aquam statim est moriturus: uocem enim fo-  
rent. Si uero sonus ab ore animalis emissus perper linguam a  
Dentes & labia sic dearticuletur ut aliud q̄ naturales passiones de-  
signet dictio est: & si dictio dictioni sic iungatur: ut enunciatur  
quid complexe loquutio est. Sciendum enim q̄ bruta uoce suas  
suas passiones uel affectiones quidem designant & aliud nihil sunt  
timorem, letitiam dolorem, famam, sitim & cetera. unde nō  
loquuntur immo nec homines eo casu loquuntur nisi dicamus in-  
fantem loqui dum plorat: aut hominem dum ridet: homo uero  
mentis conceptum loquutione promit: per loquutionem aerem  
motum & sonorum distinguens ac dearticulans proxime in ore:  
deinde uero successiue extra quidem: sed tamen prope os: & sic  
consequenter ad aures usq; eius qui est per aures alterius conce-  
ptum percepturus. Demones ergo quia nec pulmonem nec den-  
tes nec linguam aut labia habent uerba seu naturalia: sed apparen-

ria tantum: proprie non loquuntur: quia tamen mente concipiunt  
& conceptum quibusdam sonis motu locali aeris instar dictio-  
num dearticulantes exprimunt loqui per similitudinē dicunt: non  
attracto uel respirato aere: sed in chriito assumpti corporis simula-  
to ore proxime moto & percusso: deinde ad contiguum usque ad  
aures magorum. Et non modo loquuntur: uerum etiam can-  
tant. Quidam in ciuitate bononia satis religiosus sacerdos mihi  
amicus cui hieronimo au. ola seu lira nomen erat quod eiusce instru-  
mentum peroptime tangeret: mihi ad annū domini circiter. 1500.  
in hanc sententiam retulit. Ex nigromanticis quidā mihi inquit  
cognitus: interdum etiam domesticus: dum me liram tangere cre-  
bro uideret: ostendam aiebat aliquando tibi meos pulsatores: &  
quod nihil scias uidebis. Cūq; festo quopiam ad tempus quadrage-  
simale post cibum sanctū michaelē in bosco declinata semita per  
uineas angusto calle conscenderemus medio itinere lassī quieui-  
mus. Cui ego. Quando illos de quibus toties pulsatores auditurus  
sum. Qui statim quibusdam in terra formati: respice ait sursum:  
uidiq; in aere quedam pernisiarum auium ut uidebatur alis luden-  
tium & deffendentium ac descendendo crescentium: que cum in  
terra steterunt: quindecim iuuenes pulcherrimi: quindecim instru-  
menta musicalia tangentes fuere. Tota uero intentione ferebar  
in eum qui liram tenebat: quo diu audito uisum mihi est quod in ea  
arte scirem penitus nihil. His uero iussu nigromantis disparenti-  
bus: & eo rursus characteres effingente: denuo similia ut prius sed  
plura apparuere: que dum in terra consisterent: fuerunt qui prius  
quindecim iuuenes pulsantes & puella totidem cantantes: quibus  
(parcat mihi inquit deus si in hoc pecco) aut pulchriores aut in  
pulchritudine pares uidi nunq̄. Hec ille: qui etiam deinde retulit  
quod eodem nigromante autore bononie in platea mercati noctu per  
sentibus duobus nobilissimis principibus ioanne bentiuoli & ro-  
berto safenerinensi astiludum horrendum per demones actum ui-  
derit. Cūq; tubarum ac timpanorum strepitu omnia uideren-  
tur resonare ac perstreperere & ne tota bononia cōflueret extimuis-  
sem: ne timeat inquit: extra plateam hanc quam cernis nihil sen-  
titur. Et si interroget quis quonam pacto id fieri possit ut in-

gens sonus non audiatur eminus: dico q̄ cum duobus modis il-  
 lud astiludum fieri potuerit: uel prestigio scilicet uel corporū ac-  
 reorum dicto modo formatorum locali motu: si prestigiose res  
 acta est nihil difficile emergit: cum omnia essent in sensibus eo-  
 rum quos diabolus participes huius esse uoluisset: si uero locali  
 motu corporum: iam illi soni ueri soni esse potuerunt: & tamen  
 ibi tantum audiri: uel primo impeditis sensibus eorum quos dia-  
 bolus audire noluisse per soporem: aut ludificationem iuxta di-  
 sta in primo libro aut secundo per fixationem aeris ne suo motu so-  
 num deferret ( sine quo aerem contiguum sonus non immutat:   
 nisi forte in mutatione spiritali que est demissiuā ) sicut enim  
 mouere corpora ita & figere potest: quippe sicut eadem discipli-  
 na ita iadem uirtus contrariorum est: ut ars sanatiua sani & egri  
 aut tertio per interpositionem impediētis puta densissimarum  
 nubium aut ferri uel plumbi: quibus statim locali motu interce-  
 dente uallare posset demon loca magna aut ultimo omnibus uel  
 pluribus modis predictis. Et de his satis. In hominibus uero  
 energuminis & arrepticii demones per uera naturalia instrumen-  
 ta loquutionis mentem suam referant: quā nunq̄ eque bene eis utā-  
 tur ut naturalis motor. Quidam uir sanus ( auctor est .S. uincen-  
 tius ) arrepticiū a demone respōsum habuit uerbis latinis barbari-  
 cum. De quo cum diabolū eruditissimum increparet non est in-  
 quit demon in se mea in culpa sed lingua huius rustici tam  
 grossa q̄ per ora eius uertere nequeo. Quantum uero ad uisum  
 & auditum attinet: cum uisio auditusq̄ sint inuentis corporis  
 actiones: hec similitudinarie & improprie habeāt oportet: sicut &  
 corpa quibus eliciunt: uident tñ altiori mō & lōge clariori: qui nec  
 corpea quidē distātia impediri possit. i. spūali seu mētali uisione si-  
 militer at & audiūt: dū ea uirtute qua intuerēt etiā percipiūt men-  
 tales hoīm cōceptus uoce aut signis expressos. Comestio uero cō-  
 pleta & uera: in primis cibi in ore diuisionē traiectionē in cor-  
 pus: uim digestiuam uimq̄ egestiuam exquirat: que duo prima  
 angeli cum boni tum mali in corporibus assumptis exercere &  
 possunt & efficiunt: quod id totum locali motu agatur: reliqua



duo non faciunt: modo uerum etiam nec possunt. quod illarum uirtutum uite resolutiuam cibi in preiacentem materiam nasci: sint christus uero post suam resurrectionem duo prima perfecit duo ultima non perfecit: quod iam immortale corpus enutriti nequeat: uirtutes tamen quibus ea fieri solent: quia uere habuit, uere etiam comedit: neque enim uere comedens necessauit aut digessit aut egerit: alioquin statim sumpto cibo euomens minime comedisset.

**P**unctum quartum. Quomodo uero coire possint incubi succubiq; manes. & quando id efficere ceperint & quod multi & crebro homines his spurcitiis uacent: sic liquet. Quomodo enim ista nephanda que bonis mentibus euoluere graue est. admittere possint: iam ex dictis liquet. Mutu enim locali effinitis uitorum aut mulierum formis: & ad opus nepharium admotis id uere quidem ex parte hominum apparenter autem ex parte demonum fieri posse uisis que supra scripta sunt dubitari nullus. Quando uero eiusce quo ad strigimagas ceperint: ante annos domini. 1404. incertum quidem est: quod nec sacre littere nec historie aut uiri graues id tracta uerunt nihilominus maleficos longe ante fuisse ex canonibus & doctoribus liquet & ex libro tho. brabantini de apibus. Nunc uero etiam uoluntarie sese eis muliercule strigimage sternunt: quin immo ut sternantur christum negant infantes enecant diabolum adorant eterna supplicia pati quod istis miseris carere malentes. Et tam crebri sunt qui id efficiant ut teste henri. insti ac socio inquisitoribus quotquot ex strigimadis quas seculari brachio puniendas reliquerunt in diocesi precipue constantiensi & in oppido rauespurg. (que exceptis secrete penitentibus. 48 fuere ignibus aduste) omnes cum incubo ab eo tempore quo sese diabolo tradidere usque ad suam incarcerationem in his spurcitiis uitam duxerint ut earum confessiones earum uel precipue que ad fidem rediere liquet. In eodem quoque asserentes de quadraginta & una ad burinam ultimo supplicio confectos. Immo nunc in apennino tantum excreuerunt ut dicant se breui plures fidelibus futuras: & se propalandum in publicum: & putrita erit sicut de ualdensibus in uale iucerna. Talis autem regulariter in his ordo seruatur: quantum ex horum confessionibus credi potest: ut succubus homini strigimago demon semper ab eo decissum excipiat: qui si quasi illi homini a principe suo depre-

tatus mulieri se in cibum exhibere recusarit: semē illud incubo malefice deputato tradit: qui sub certa constellatione sibi ad id seruē se in muliebri genitale tradit se incubum faciens ut inde genitus aut genita ad maleficia peragēda idoneus sit. Nec obstat q̄ hi de quibus genus primo gigantes tantum & uiri potentes ac famosi malici fuere. Dicitur enim primo q̄ tempore legis nature propter creationis mundi recentem memoriā: apud graues uiros & eruditos maleficia non fuere: unde nec idola tria locum habere statim potuit. iam uero hominum maleficia excrecente: etiā diabolus ipse hoc genus pecudum opportunius generare & educare potuit. Vltius dici posset q̄ nec uerba illa mosi uirtutis bonum redolent: potētes in seculo uiri famosi: q̄ in flagitiis subaudi ri possit. Ex his ergo nephandissimis actibus: strigimagarum genus maxima suscipit incrementa: tum q̄ eiusmodi uoluptates & multos in captiuitatem trahunt: tum uero. q̄ inde tales generentur: q̄ ius in uitia hec promptissimos dicas.

**Punctum. Quintum.** An uero demon quemadmodum semper cum fratis resolutione homini succumbit. q̄ tum ex parte hominis attinet: attidem quoq̄ semper mulieri cum seminis intrusione incumbat: id in primis nostre oportet q̄ cum habeat mille nocendi modos hostis iste nu 1. q 2. uisis: circa eiusmodi generalis regula dari non potest probabile tamen uidetur multis q̄ in habilem conceptum: ut annosam uel sterilem: absq̄ semine supponat q̄ scilicet sicut natura ita & demon superflua in sua actione pro uisibus euitet: unde eo casu illa obseruat que delectationem non q̄ conceptum pariant: q̄ id agere possit ut semper & interuenire cre datur: & non interueniat: cum eas effingat corporum formas que illi conducunt nisi obstiterit deus: ut dictum est. At uero si conceptui habilis est strigimaga: semen humanum & affert & infert: modo illud habere queat: quo inde proles sibi obsequens gignatur: & idem si pregnans sit facit ut conceptum inficiat.

**Punctum. Sextum.** An uero in predictis tempus q̄ tempus aut locum q̄ locum alium malit illud in primis aduertatur oportet q̄ preter ea tempora que sidereos influxus concernunt: de quibus crebro dictum est: certa tempora obseruat: quibus strigimagas se uenerea oblectet: que & omnium sanctissima sunt: ut festi dies

precipueq; natiuitatis seruatoris pasche & penthecostes. Et id. quidem ratione multiplici. Et in primis: ut strigimage peccati culpa magis obuoluantur: quippe que post apostasiam a fide. & ueneris spurcias: etiam sacrilegii quasi crimen admittant: atq; inde honori diuino iactura maior inferatur q̄q; nulla inferri possit q̄ deus ex omnibus talibus: per iusticiam gloriam sibi pariat. Deinde uero ut ex eo q̄ grauius offenditur pater omnium deus maiorem debacandi in homines licentiam nascatur deo per demonem animaduertente in malos: non obstante eo: q̄ dicitur filius non portaturus iniquitatem patris: quia illud in ordine ad eternam mortē intelligendum est alias quomodo uerum dixeris illud: uisitās iniquitatem patrum in filiis usq; ad tertiam generationem. Demum uero ut maiori oportunitate plures mere faciat: p̄sertim uero adoloscuntulas que festis diebus otio & curiositatibus magis operam nauant: sicut ut supra de quadam iuuentula dictum est: que ducta ad locum ubi demones in forma iuuenam prestolabantur monita ne se signaret que ubi locū attigit nullus fuit: q̄ scilicet se signasset & illi presentiam suam iuuentule ostendere nequiuisset. Vnde anus irata dixit uade in nomine omnium diabolorum. Te enim signasti. Quartum uero ad locum attinet: ex strigimagarum factationibus: constat in locis deo saccatis spurcitas illas omnino exereeri non posse ex qua re efficacia angelice custodie deprehendā potest: & quod longe mirabiliter est q̄ pacem nunq̄ habeant nisi in ecclesia tēpore diuinotū astruūt. unde eā aliis citius ingrediunt egrediūtur uero tardius: licet ibi ex demonum cerimonia & mēdatis aliqua nephanda obseruent. Quam uero ob causam illa in tempore quidem possint: in loco uero non possint: puto consecrationes in causa esse & sacra reposita. Tempus enim non nisi humana uoluntate per statutum attingitur quodi uino cultui mancipatur: sed loca etiam actione ipsa transeunte per sacrationem & sacrorum repositionem continguntur.

¶ Punctum. Septimum. An uero explectio ipsa nephandissimi opere inuisibiliter ex parte succubi uel incubi sicut ex parte hominis peragatur: q̄tum attinet ad astantes: illud premittere oportet q̄ q̄ experientia inquisitores docuisse potuit: q̄tum ad astantes illud aut nunq̄ aut non semper est uerum. Nam haberi institotis cum

**Socio in hanc sententiam retulere. In oppido rauēspurg. necnō in**  
**dominio nobilium repelstei ac locis aliis q̄ pluribus i campis aut**  
**i siluis uise strimage sunt. suppine aumbilicum usq; & eo amplius**  
**nudate: dispositis tibiis & cruribus prout nephāda uenus exigebat**  
**se cogitantes: incubo nullatenus apparente q̄q; in calce talis exerci**  
**tii: a malefica ad staturā hominis sursum fumus te terrimus leuare**  
**tur. Sed & hoc contegisse planum est maritos incubos cum uxori**  
**bus se turpitem coagitantes & uidisse & homines putasse: quos dū**  
**gladiis nupeterent: illi soluebantur in auras.**

**¶ Punctum. Octauum. Sedet illud haud dubio uerum est demo**  
**nes incubos non modo mulieribus ex suo incubatu generalis. aut**  
**eis quas obstetrices demonibus obtulissent importunos fore ue**  
**rum ad quascunq; sanctiores uirgines stuprandas per seductri**  
**ces strigimagas anhelare. Nam in rauēspurg. id ante sententiā uli**  
**mā nōnulle incinerāde fassē sunt: sibi a suis magistris demonibus**  
**inuinctum omni conatu in sanctarum uirginum uiduuarumq; sub**  
**uersionem debere laborare.**

**¶ Punctū. Vltimum. Nulli uero**  
**dubiū esse debet: perfidū illum dei aduersariū: q̄ta pōt uoluptate in**  
**tali nephario coitu homines ac feminas afficere: q; .s. id suo p uer**  
**fo finii sit comodū: quo. s. ad se quosq; elicere pro uiribus cupit: q̄ta**  
**tū eiusce delectatio sit: illud aduertendū putarim: q; & si naturalis**  
**ordo sit ut maiorē habeat uir ad cōsimilē sibi uxorē uel generali**  
**ter feminā & p̄tra: q̄ uir ad succubum: aut mulier ad nicubū demo**  
**nem: mihi lominus ille tam potēs tam doctus tam uersutus tā malū**  
**gnus hostis: ubi debita adiuua debitis passiuis admouerit: & suis ar**  
**tibus fouerit ac tēperauit in calore teneritudine ubi ēt fantasmata**  
**mouerit & sensus in libidinem coauerit: non minorem uoluptatē**  
**afferre putat. Vñ qdā i agro comēsi mox arsurus ridēs diu iterro**  
**gatus de cā dixit: se recordari de lenociniis & blāditiis sue caternii**  
**e demonis succubi & cū iā flāma ora occupabit idē inqt faciam.**

**¶ Mirandos effectus maleficiales circa ue**  
**nerea. Capitulum Sextum.**



**T uero ad ea q̄ statim diximus de ueneris dicēda' co**  
**here int iā de ipsis strigimarū mirādīs particulariter**  
**dicturi a ueneris exordiamur expedit quo nā pacto**  
**seiusmodi efficiant: qd̄ multis punctis explebimus.**

**P**unctum Primum. Naturali sua utilitate ad amorē carnis (ut  
 aiunt) & sanguinis: similiter autem & ad oppositū odium homi-  
 nes demon uehementissime flectere potest. Nam illud in primis  
 quisq; norit q̄ a diabolo directe quidē. i. ex intentione hic & nūc  
 operando non sunt peccata omnia proficiente origine q̄ etiam  
 nullo diabolo estante adhuc & cibi & uenereoḡ nos appetitus  
 fatigaret: & possibiliter inordinate indirecte tñ omnium pecca-  
 torum causa est idū persuaso primo homine originale iusticiā  
 eliminauit peccata omnia cohibentem. Si tñ non deesse sed de  
 posse nobis sermo sit: & si demon illius inordinati amoris homi-  
 nis uolūtatem directe inclinando causa nō sit (cor. n. regis in ma-  
 tu dñi. s. solius) id tñ potest ad ista suadētis: quod dupliciter agi-  
 tur: & primo quidem uisibiliter: ueluti cū homini in specie sensibi-  
 li uisibiliter & apparet & loquitur: sicut & eum specie serpētis &  
 christū in quauis sp̄e sensibili rētāuit: ad quē etiam modum & il-  
 lud reduci pōt: q̄ exterius in facinora pellit hominē non suaden-  
 do sed alliciendo: ueluti si se in forma speciose iuuenule ostēret  
 nihil suadens aut dicens: sicut monialem sub specie latuce traxit ī  
 gulositatē apud greg. in dia. .7. uero etiam inuisibiliter: non. n. id  
 putandum est q̄ uisibiliter solū hominē aggrediat: alioquin dia-  
 bolico suasu ea tñ peccata admitterentur ad que uisibiliter & exte-  
 rius apparet suaderet. Inuisibiliter ergo interdū res agitur: & id  
 dupliciter & in primis quidē disponentis ad instar sicut ex sufflam-  
 te in prunas ignem accendere dicimus: quippe qui cū possit cor-  
 pora mouere localiter: per spiritum & humorum motiones ad  
 iram aut uenerē aut eiusmodi nos dispositiores facit corpore. n.  
 aliquo affecto homines ad quedā fore dispositiores q̄ seffum  
 est p̄nt aut ad his assentiendū procliuiores. Deinde uero res etiā  
 agitur suasionis modo: seu suadentis ad instar ueluti cum uirtutē  
 cognitiue nostre apparet aliquid sub specie boni & a nobis agen-  
 di: quod tripliciter accidit q̄tum. s. ad intellectū & q̄tum ad inte-  
 rionem ac exteriorem sensum. Et q̄tum ad intellectum quidē: quā  
 & si a diabolo non illuminetur: ut supra lib. i. dictū est: quia tñ spi-  
 ritus in quibus fantasmata quiescūt localiter mouere pōt: eos in-  
 tellectui obicit: nā sicut phus de som. & uigi. testat ubi apparitio-  
 num & somniom causas designat: cū dormit animal descendēte  
 plurimo

plurimo sanguine ad principium sensitiuū. i. sensum cōtem simul  
 descendunt motus siue impressiones relicte ex sensibilibus motio-  
 nibus, cōseruate in uirtutibus sensibilibus interioribus. i. in fanta-  
 sia quo ad sensata uel fantasmata: & i cogitativa quo ad nō sensata  
 sicut inimicitia quam ovis in lupo nō sensu sed cogitativa nouit  
 & sic res uident in somno ac si p̄sentes forent. Quod aut̄ sit locali  
 motu animalis longe magis demon posset efficere. Quantum ad  
 sensus uero interiores eadem est ratio: quia non potest intellectus  
 quicūq̄ ostenderemisi fantasie quoq; p̄sequenter aut̄ & extimatus  
 ostendat: cū intellectus nihil in uia nisi in fantasmatis intelligat  
 ut experimur. & 3. de aīa lib. phis astruit. Quantum ad sensum uero  
 exteriorē attinet, id liquet: quia demon dictam motionē & uisio-  
 nem fantasmatum nō modo in dormiētibus (ut etiā natura ipsa)  
 necū etiā & in uigilantibus pōt efficere. & hoc sua naturali uir-  
 tute: cū etiam ipse homo uigilans hoc possit, ut ex uisibilibus & sensatis  
 prius sibi fantasmatum idola formet ad placitū: & fantastica uisibi-  
 bi effingat quod lubet & tanta tāq; uehemens eiuscē motio & im-  
 pressio esse potest. ut ad sensus usq; exteriores eiusmodi idola per-  
 tingere uideantur: quē admodum in freneticis uidere licet. Igitur  
 amorē sensualem demones inducere efficacissime possunt: primo  
 interiori cōcupiscentiam inflāmando: eo modo qui in lib. primo  
 dictus est. scdo uisibiliter suadendo uel ostensa specie formosa al-  
 liciendo. tertio etiā inuisibiliter & suadendo & alliciendo p̄ osten-  
 sionem fantasmatum: quod quidē aliqñ sine ademptione natura-  
 lis luminis uel usus rationis faciunt: ut in sponte amantibus imo  
 quid ament eligentibus: qñq; uero rationis lumine penitus liga-  
 to: quod uinū & humores etiā faciunt: ut in ebriis & freneticis: &  
 longe magis demon: & eo casu tales dicuntur arrepticii q. s. ab  
 altiori natura corripiantur. Et quidē hoc interdū sine maleficio  
 facit: ut n. philosophus ubi iam proficit: qui in passione est a mo-  
 dica similitudine uel amati uel oditi mouetur: unde perfidus de-  
 mon cui hominū passiones note sunt q̄ corporee sunt. & ex acti-  
 bus probantur, passiones aut concitans aut cōcitatib abutens tūc  
 hoīem ostendendo & suadendo & alliciendo pro uiribus in amo-  
 rem pellit. Cū maleficio uero qñ eiusmodi ad maleficā p̄ces &  
 carmina pacto explicito uel implicito molitur: quod q̄ crebro fiat

experientia docuerit: qua teste mariti pulcherrimis & nobilibus  
 coniugibus postergatis: turpissimas & uilissimas insequuntur &  
 impetunt. Auctores mal. male. in hec referunt. Vetulam tres suc-  
 cessiue abbates demetasse, fama publica apud omnes monachos:  
 teste nouimus: licet contra eam procedere non uacari: & quartū  
 iam similiter demetasse: quod & ipsa publice fatetur, nec dicere  
 ueretur feri facio [ & olim faciā: nec a meo amore desistere pote-  
 runt: quippe qui tantū de meis stercorebus (protenso brachio q̄ti-  
 tatem ostentans) comederunt. Sed & de monacho nigromanti-  
 co peregrino in dia. greg. refert: q̄ uirginē sanđimonialem adeo  
 in sui amorem arte diabolica concitant, ut se moriturā pene cla-  
 maret: nisi dicti monachi uisitationem meruisset: quem ideo ēt  
 de monasterio stratum exploserunt. Nec tamen predictis aliqua-  
 tenus obstare potest: q̄ si diabolus ad amorem malum posset in-  
 ducere: posset ipsas malas cogitationes agnoscere: cum oē agens  
 a proposito effectum suum norit. Dico. n. q̄ agens a proposito  
 cognoscit: effectum suum cuius est causa sufficiens etiam certa-  
 notitia: non autem cuius est causa accedente libero arbitrio alteri?  
 sed coniectaliter tm̄: & ita ē in proposito: unde & ñ diabolus cer-  
 te nouit amorē inspiratū sensibus non tm̄ inspiratū uoluntati sua-  
 sione uel alio simili modo nisi ipse amor seipm̄ alit. r. prodat.

**¶** Punctum secundum. Virtutis generatiue opus sicut prouocare  
 demonis auxilios: ita & impedire haud dubio strigimage possunt.  
 Neq̄ enim in hoc dubiū esse potest: cum probauimus maleficium  
 circa usum matrimonii esse in rerum natura: ut patet per omnia  
 iura de fri. & male. & .33. q. 8. si per sortiaras: quibus ratio suffraga-  
 tur: quia cum id homines herbis & uenenis possint hoc negare a  
 demone cuius potestas maior est insanire est. De modo tamen  
 quo tale maleficium procurari potest aduertere necesse ē. Impedit  
 ergo & ex parte potentiarum anime & itidem ex parte corporis:  
 de quo non minus obiter q̄ sapienter petrus de pal. in hanc sentē-  
 tiam loquitur. Cum demon ex eo q̄ spiritus est: super corporea  
 natura q̄tum ad localem] motum aut explendum aut uetandum  
 dominetur. primo quidem corpora mascu i & femine ne inuicem  
 propinquēt efficere potest directe, uel: ēt indirecte se. in assumpto  
 corpore interponendo: sicut de eo iuuenē dictum est qui & ido-

sum & iuenculam desponsarati quam ideo cognoscere nequibat se in eiusmodi corpore demone interponente: secundo quoq; hominem ad actum uenericum aut inflammare aut infrigidare, naturalibus actiuis admotis . tertio imaginationem & extimationem turbare: ac perinde mulierem, aut dilectam aut ingratham reddere . quarto membri rigorem & impedire & abolere : spiritibus localiter motis aut etiam remotis : & quinto locali eodem spiritu aut aliorum corporum motu spermatum uias intercludere : ne excidantur uel emittantur . Plura autem inquit super eo actu quo primum peccatum traducitur : q̄ super aliis deus permittit : quod & doctores omnes firmarunt . Que autem de uiro dicta sunt de muliere quoq; respectiue: id est modo sibi cōuenienti intelligat oportet . Cur uero plures uiri maleficiis subiaceāt q̄ mulieres ideo est uel quia id q̄tum ad talem actum facilius fit in uiro : cuius meatus facilius obturantur : & qui membri rigore posito nihil potest & eiusmodi: uel ideo est quia plures malefice sunt mulieres: & plus conantur uiros inficere q̄ mulieres: ut adulterandi occasio utrinq; prestetur . Et hec quidem de modo quo ista interius efficiūt strigimage : exterius uero id per imagines uel caracteres aut serpentes interdum efficiunt aut herbarum comestu aut testiculoꝝ galli: his tamen semper accedente demonum cooperatione qua & eiusmodi strigimage colludant : dum aut coitum aut partum euacuare nituntur . Nider infor . Quidam maleficus cui nomen fuit stadhin . in diocesi lusitanensi captus fassus est : se in domo quam in uxoris domini uentre septem filios per abortum enecasse: & in omnibus eius pecoribus ac iumentis simile perpetrasse quorum nullum in annis eisdem partum uiuum ediderit , & per questiones de modo interrogatus , respondit : se sub limine hostii domus locasse serpentem : qui si amoueretur rediret ex templo fecunditas . Sublatis ergo pulueribus iam enim aberrat serpens in eos resolutus : eodem anno & uxori & iumentis fecunditas reddita est . Quid simile meo tempore in agro bononiensi ( uillam taceam expedit ) circa annū salutis millesimū quingētesimū quantū , actū est . Religiosus quispiam . sed magus ex his . s . q̄bus nullus est peior: q̄ppe q̄ in monasterio defecerat



(religionē tacebo) estiuis caloribus hospitiū in uia ad mutinam  
 intrarat, hospite obese ualde & pregrandis corpore: refocillā dū.  
 Qui oblati crudis olenibus: ut bene condirentur orauit dicens ita  
 lico uulgari idiomate. Vnzela ben che ti paghero. Et refocil-  
 latus sub limine loci cedula recondens abiit. Cūq; hospite  
 filia uirgo paruula locum ut mensam reponeret intrasset, repente  
 furere cepit: & nudata penitus saltare crebro dicens: unzela bē che  
 ti paghero: quod mater adueritēs affectu materno & ipsa incaute &  
 celeriter intrans statim similiter nudata saltare & eadem uerba ca-  
 tare cepit. Que ad horas sic alienate manserunt tota uilla spectante  
 donec miser ille obuiō cuiuspiam in itinere eodem rem propalanit  
 & ut cedula cum illuc uenisset amoueret orauit. Qua remora  
 cū ad camillas ambe rediissent: filia ut erat uelocior camisiā ma-  
 tris casu preoccupans fugit: mater uero sequens eam que filie par-  
 uule erat substulit in eamq; caput & humeros tulit: sed ut arctā ad-  
 pudenda usq; tegenda immittere corpori nequiuit: uerum sic ex  
 superiori parte tecta ex inferiori nuda uelut amēs aufugit. Quod  
 autem medio demone circa nudationem publicam mulierum ac-  
 tum est: etiam circa uenereā agi potuit. Ad ducerem infinita ad  
 institutum p̄sens que modo succurrunt & libros complent nisi su-  
 perfluum id putassem. Preter institutum uero pro instituto t̄m  
 quedam alius repetuntur. Si interroget quis cur dictus actus re-  
 spectu unius & non respectu alterius mulieris interdum prepedia-  
 tur: diuus bona. respondet ideo esse aut quia maleficus respectu de-  
 terminate persone diabolū asciuit aut quia deus respectu perso-  
 ne cuiuslibet impedire uetauit: cuius occultum iudicium hic latet  
 ut liquet de uxore tobie. Et si de modo queratur. respōdet q̄ ge-  
 neratiuam impedit: non quidem interius ledendo organum: sed  
 exterius uetando usum: unde quia artificiale & non naturale impe-  
 dimentū est, impedire ad unam pōt, minime impediendo ad alias  
 nel tollendo excitationem concupiscētie ad unam nō ad alias: &  
 hoc quidem aut propria uirtute aut herba aut lapide. uel per occul-  
 tam aliquam naturam. Cum uero ex naturali frigiditate & ma-  
 leficio eiusmodi impedimenta proueniāt apud ho. in sum. signum  
 q̄ ex natura sit uirga est si nunq̄ erigitur: q̄ uero ex maleficio si eri-  
 gitur quidem uerum proficere nequit.

**C**oncedendum Tertium. Circa uirilia membra strigimagas uisida quedam operari debet dubium esse nulli: ut ex uisib. & dictis plurimorum liquet ac perinde fama publicata: adeo ut quidam aut precti giose aut ueraciter genitali membro priuati cernantur. Nam auto ribus magro henni. infti. & socio in oppido rauenspurg. iuuenis qui iuuenule heferat uolens eam relinquere: membrum uirile ut uidebatur omnino perdidit. Cum uero triftis celarium uinū em pturus adiuiffet fuperuenienti cuidam mulieri caufam triftitie ap peruit & effectum ipfi requirenti monftrauit: necnon q̄ talem ma leficam fufpectam in negotio haberet. Cui mulier. Aut per be niuolentiam aut per uiolentiam eam ad te fanandū inducas oportet. Qui obferuato tempore in noctis crepufculo oportuno lo co eam comprehendens ubi non ualuere preces. iniecto ad collū panniculo lineo non ualentem clamare peñe ad mortem ftrinxit donec ea fpondente fanitatem alleuiauit: que tactu manus inter fe mora fanauit: quod & ille quodam ut ita dicam nature fenfu ante q̄ aut uifu aut tactu cognouit. Authoribus uero eisdem patet quidam religione & doctrina uenerandus in conuentu noftro fpi ren fi in hanc fententiam fepe retulit. Iuuenis quidam inter com feffionis facre uerba uirile mēbrum lamentabiliter uerbis & ope re fe perdidiffe monftrauit. Cui cum strigimagam quandam & fi diftantem tamen in hoc fufpectam adire iuffiffet: & blande ro gare ut fe fanaret: fanus & membro integer rediit gratias agens & uerbis & re ipfa: quod uerum erat aftruxit. Cum ergo ifta effe dubi um minime fit: an in fenfibus hominum uel in re ipfa ita fit & du bium & perfcutādum eft. Et quidem quibusdam uideri poffet q̄ per demonis poteftatem ita uere & non illuforie fit: tum quia ma iora poffunt demones, ut homines occidere: ut patet de filiis iob. & feptem uiris uxoris tobie: tum quia poteft alias infirmitates im mittere: ut primo libro oftentum eft: & oftendetur in pofterum: ergo & eam que circa genitalia fit: circa que plura deus permittit q̄ circa alia membra tum quia gene. 19. poruit mātius uxorem fci licet loth fecundum glo. fodomitico uirio infectam uertere in ftatnam falis ueram: quippe que etiam hodie cernitur: tam quia poteft naturales formas iducere: ut i magis patuit pharaonis: ergo etiam eas auferte poteft. Verum fi quid ifta probant: de poffe

clara nubilosa uideatur aut e contra : & uetula iuuenis uideatur  
& e contra : nam & post fletum oculo turbato , aliter lumen ui-  
detur q̄ antea uideri posset : quod & in organis aliorum sensuum  
accidit : ueluti infecta colera lingua dulcia amara uidentur : &  
post esum succhari dulce uinum mordax & acutum uidetur ultimo  
per localem motum spirituum & fantasmatum ad imaginatiuam  
sensumq; communem : quo fit ut etiam sensibus exterioribus ui-  
deatur nobis q̄ noua percipiamur . Sicut etiam freneticis , ma-  
lenconicis , maniacis & quibusdam ebriis solet accidere : qui  
nequeunt discernere & diiudicare . Sic ergo pateat facile esse  
se demoni uirile membrum occultare modo uelit multis ex di-  
ctis modis : presertim formata specie humani uentris sine priapo  
eamq; priapo ipsi supraponendo . Ceterum pro completio-  
re doctrina & dictorum explanatione clariore multa dicenda ui-  
deo . ¶ Primum . An demones hominum sensus eludere in  
discrete possint : quibusdam uidetur q̄ non : sed eorum tantum  
qui sine dei gratia uiuunt . Nam ex uerbis beati Anthonii li-  
quet mentem aut animam alicuius demonem inuadere non  
posse per penam : nisi primo sit destituta sanctis cogitationibus  
& spirituali contemplatione : uacuata . Vnde & iob sexto dicitur :  
q̄ qui libidini deseruiunt in eos diabolus accipit potestatem : in-  
de etiam est quod demon in uitis patrum ludificans homines cir-  
ca puellam que equa uidebatur : & ipsam puellam q̄ sacramen-  
ta uite non suscipiebat : ut ibi dicitur : sanctum tamen macha-  
rium ludificare nequiuit : quin puellam non equam uide-  
ret . Igitur in rebus fortune exterioribus & corporis sanita-  
te demon hominem potest malis afficere : ut patuit in iob . ta-  
men sicut in peccata ita & in eiusmodi illusiones homines deo  
gratos impellere non potest quasi eorum sensus demones illu-  
dant ut habeant sua membra que tamē uidere nequeant uel eius-  
modi . ¶ Secundum . Etsi demon id nequeat in sensibus san-  
ctorum circa sanctorum membra hoc tamen posse a multis credi-  
tur in eis circa membra aliena : non enim in hoc tam grande ma-  
lum est sanctorum sicut in casu priore : ubi priuarentur uere  
uel apparenter suo membro quod libidini non seruit . Circa  
hoc tamen nihil certi ego compertum habeo . ¶ Tertium .

ntiq non de facto probant. In facto uero nequaquam ita esse uel ex hoc liquetque eiusmodi membra malefice restituere nequaquam quancumque diabolica potestate: alioquin non esset diuinum miraculum & consequenter nec restitutio nedum uisus uerum etiam oculorum sicut nec restituere genitales: quod est insanire. Prestigiose ergo ista faciunt: quod qualiter esse possit: efferamus. Prestigium igitur secundum isa. & ethi. ca. 9. aliud est nihil quam sensuum delusio quedam: & oculorum presertim: unde & a perstringo dicitur: quod aciem oculorum perstringit adeo ut res uideatur aliter esse quam sint: & ut alexan. de al. parte. 2. addit, prestigium proprie sumptum demonis illusio est: que ex parte mutationis rei causam non habet: uerum solum ex parte cognoscentis qui illuditur: siue quantum ad interiores sensus siue rursus etiam quantum ad exteriores: adde tamen quod etiam presente re exteriori aliter tamen uisa quam sit prestigium est. Igitur si non demonis modo uerum etiam hominis arte prestigiosam nostro sermone claudamus: tribus modis illusio prestigiosa concitatur: & in primis quidem manu uel uelocitate tum etiam dexteritate nulla demonis arte iuuante: sicut in traiectionibus ioculatores faciunt ostendendo & occultando quedam: sicut ex ore hominis educunt interdum unum quod intruserant: puta magnam pomum: cum tamen putent homines eos intrusisse paruam: fabelam quam non intruserant sed eius loco pomum supposuerant: elanculo. Deinde quoque etiam sine diabolica uirtute per naturalia actiua: ueluti apud diuum thomam .i. q. 114. articulo quarto & apud multos alios: herba quedam succensa ac fumigans ut trabes serpentes uideantur facit. Demum uero fit demonis arte per motum localem corporum uel spirituum corporalium, in quibus species sensate continentur: quod eum posse libro primo ostensum est. Igitur multipliciter demon homini potest illudere ut res uideatur aliter esse quam sit. ¶ primo Quidam artificiali traiectionem longe melius quam homo. ¶ Secundo per rerum naturalium admotionem etiam longe melius quam homo. ¶ Tertio Exteriori in assumpto corpore ostendendo esse quod non est: sicut momiali apud gregorium in dia. se in lactuce forma prestitit: & antonio in specie masse auri: & crebro etiam uerum hominem assumpto aliquo corpore tegit, ut uideatur equus aut brutum quodcumque: ut capitulo sequenti deducetur, quarto turbato organo uisus: ut res

**Ex** frigidioris quædam experientia teste apertum est copioso ite-  
 dum numero ad .20. s. & .30. hmoi genitalium membrorum ad  
 scrinium aut nidos auit arte demonu cõgessisse: ubi & quasi ui-  
 uentia membra se mouen. Authore magro henri. insti. & so. qui-  
 dam in hanc sententiã retulit. Dũ genitale mēbrum perdidissem  
 & maleficam instantius pro mea sanitate rogarem: illam inquit  
 arborem ad nidũ illam conscende & ex plurimis que ibi sunt, il-  
 lud quod maui accipe. Cũ magnũ unũ subripere moliren: illud  
 mitte inquit malefica: attinet .n. uni ex plebanis. **Quid** ergo de  
 his sentiendum dicemus: nisi q̄ a demonibus aliquo ex dictis  
 modis prestigiose fiunt. Non tũ credendum puto: q̄ id eo modo  
 agant quasi formatis talibus corporibus ea demones assumãt: eo  
 modo quo sumpto humano corpore cũ maleficis & colloquan-  
 tur & contantur: facilius .n. illud possunt deducis fantasmatibus  
 ad sensus. **Quare** aut̄ eo modo non utitur cũ maleficas alloquit̄  
 id dicendum est q̄ eodem uteretur si aliud uellet nihil nisi ma-  
 lefice se ostēdere in specie humana: sicut in dicto casu aliud uult  
 nihil q̄ ostendere illa membra: modo uero quia altiora itendit ut  
 loqui. conuesci, saltare. coire. & eiusmodi: ideo in assumpto  
 corpore operari oportet: sicut & esse presentem: quippe qui ubi  
 operatur ibi est: q̄q̄ & ista in sensibus tantũ perfici possent sine ex-  
 teriori corpore: sed eo casu non esset aut incubus aut succubus ue-  
 re, contra determinata: sed apparetur dumtaxat. ¶ **Quartum.** si  
 per seipsum demon uirile membrum demat (quod utiq̄ potest si  
 permittatur) & non per maleficam: plurimum inter hanc & illam  
 ademptionẽ intersit oportentum quia hic ueraciter auferretur &  
 ueraciter redderetur si redderetur: tũ quia id hic cũ dolore esset nõ  
 ibi: sicut hic est lesio discõtinuatiua non ibi: tum etiam quia hic  
 nunq̄ nisi inuito demone fieret: alioquin quomodo ipse spõte si-  
 bi tantum lucrum quod per illud membrũ conquirat amputaret.  
 ¶ **Quintum.** Qua uero ratione sciri potest q̄ apparetur per ma-  
 leficam demonis arte aut ueraciter per demonem solum adimãt  
 uirile membrũ deo uolente: id uidetur dicendũ in primis: q̄ cum  
 eiusmodi mutilati sint uiri lubrici coniectaliter id deprehendet si  
 amassiam uoluit deserere: quia eiusmodi femine in uindictã talia p̄  
 maleficas inferre psuenerunt: quod si nihil irritamenti apud illã  
 inuenieris

invenit conjectura est: q̄ deus peccatis eius tñā p̄cludere noluit.  
 Deinde vero si aliquando redierit signum est id ex maleficio fuis-  
 se: q̄q̄ nō sit natura malefici esse tēporale: ut experientia & cano-  
 niste ac theologi docent: sed quedā possunt esse perpetua.

**P**unctum Quartum. Demonis per strigimagas maleficiū cit-  
 ra uenera non modo ad illud extenditur ut impediatur coitus: uer-  
 tum etiā apud canonistas ut ipediatur conceptio fetus: que si non  
 impeditur per abortum natiuitas impediatur que si ipediti neq̄at  
 in natiuitate p̄ strigimagas obstetrices noceat, aut extinguatur,  
 aut saltē demoni natus offeratur. Et quidem de impedimēto cō-  
 ceptus aut abortione non est dubiū: quippe cū etiam p̄ actiua natu-  
 ralia id plerūq̄ etiam modo malefice faciant: herbis aromatibus  
 ac aliis actiuis naturalibus. Quod nero cōtra nature humane cō-  
 suetudinem, imo contra omīum bestiarū morem: lupis dumtaxat  
 exceptis, infantes noceat & comedant: anthore hen. insti. quidā ex  
 ordine nostro eius socius cumanus inquisitor testis est: quippe qui  
 hac de causa se ab incolis cōmitatus burbie aduocatū atruxit in-  
 quirendi gratias: quod quidā qui ex cunis puetum p̄didit iset explo-  
 rando cōuenticulum mulierū tempore nocturno, infantē occidit  
 & liquore ebibito uorari deprehendit: unde & anno uno ut etiam  
 supra dictum est quadraginta & unā ex strigimagarū genere igni  
 bus assumpsit: nonnullis aliis ad terras sigismundi ducis austrie  
 commigrantibus. Accedunt p̄o firmitate horum quedā scri-  
 pta nider in suo formi, quibus eiusmodi credibilia reddunt: ac-  
 cedunt & strigimagarum penitentium testimonia: q̄ scilicet fides  
 catholice nemo ex suo genere magis q̄ obstetrices officiant: que  
 ubi pueros non interimunt: quasi aliquid acture extra cameram  
 puetum ferunt: & eleuatum in aere demoni sacrificium offerunt.

**P**ro iā dictis tamen multa uel obiter dicere placet: quo plenius  
 quomodo interimant pueros & offerendo execrent nosce liceat

**P**rimum. Authore henrico insti. & so. in diocesi argentina  
 oppido zambnio: honesta & beate uirgini plurimum deuota mu-  
 lier hospita publica sub aquile nigre signo: ad se crebro aduen-  
 tantibus in hanc sententiam retulit. Vbi a uiro meo impregna-  
 te mihi tempus partus pene aduenit infamem mulierē sese mihi  
 obstetricem spondentem bonis uerbis a me dimisi: aliamq̄ mihi

bb

ad id numeris tempore partus ascium. Evolutis nix diebus octo illa repulsa indignata, noctu marito in alia camera dormiente in eadem cameram duabus hincinde comitata mulieribus ingressa (diabolus enim portas ad libitum referat) ad lectum stetit: uolentibus mihi clamoribus excitare & aduocare coniugem: ita uires ex omnibus membris defecere: ut ne loqui uel submisisse potuissem: auditu tantum & uisu uigebam. Tum illa in medio duarum stans: ecce inquit hec mulierum omnium pessima: quia me in obstetricem recipere noluit, luet penas: nec immunis euadet. Supplicanti bus uero comitibus eius pro me dicendo quod nulli unquam sui generis nocuissem: subintulit illa: intestinis eius aliqua immittere statui: nisi tamen gratia ante elapsam annum medium non excrucietur. Cum ergo uentrem meum manu palpasset, mihi uidebatur quod intestinis sublatis immitteret quedam que tamen uidere nequiuimus. Cum autem abeuntibus illis uisibus receptus maritus clamoribus excitus aduenisset: & una filius archidiaconus tunc ruralis: uerbis meis fidem minime habuerunt: ascribentes omnia puerperio quod ex eo femine fantasmas crucientur. Quibus de spacio sex mensium futurum ueritatis signum dedi: quo euoluta statim adeo cruciari cepit: a clamoribus nocte aut die cum omnium inquietudine abstinere nequiret. Credidit tamen se beate uirginis auxilio cui singulis sabbatis ieiunium panis & que soluebat liberandam. Quadam igitur die opus nature cum expleret omnem simul strigimam immunditiam egressa: & aduocato marito ac filio: an illa essent puerperii fantasmata ostendit: rosarum scilicet spinas, ossa & uarii generis ligna. Secundum Authoribus eisdem. In basilicensi diocesi in oppido danu: quedam incineranda professa est ultra quadraginta pueros se hoc modo necasse: quod cum uterum exhibant acum in caput per uerticem usque ad cerebrum infixerat: alia uero in diocesi argentineni se pueros adeo multos necasse fassa est quod numerum scire nequiret: hac uero occasione deprehensa est. Cum enim ex quodam oppido quo obstetricandi gratia se contulerat rediret: ad portam casu lapsa est: & ex eius panniculo brachium pueruli lapsum apparuit: eaque detenta & constro quod puer ante baptismum interisset. & si sine altero brachio esset: questionibus exposita omnia cantauit: &

ignibus suffragantibus interit. ¶ **Tertium.** Hoc quoque horre-  
 dum facinus in detestationem criminis strigimagarum minime  
 tacendum est: ubi enim ista monstra pueros nascentes non inte-  
 rimunt: in sacrificium sathane & eius angelis eleuatos super igne  
 curant imolare. Authoribus qui supra quidam sic retulit. Vxo-  
 rem suam partus tempore cum preter omnem puerperarum more  
 animaduertisset nullius mulieris ingressum permittere nisi filie  
 solius obstetricis officium gerentis reiusce rei causam experiri vo-  
 lens oportuno tempore & loco latitauit: iudicij dicti sacrificij ri-  
 tum: quod scilicet ad inuocationem demonum per uerba horrenda  
 infans nullo humano auxilio fultus per appendiculum quo ad  
 ignem olle suspenduntur: diabolo ferente eleuabatur. Qui ter-  
 ritus puerulum statim baptizari iussit: & in ponte fluminis quo ad  
 baptisma ibatur, obuians filie que puerum in medio duarum fe-  
 minarum duobus uiris rei conciliis comitantibus portabat, exem-  
 pto ense in eam irruit in hec uerba. Nolo infantem per ponte  
 deferas. Aut enim per se pontem euadet aut tu imergeris in flu-  
 uium. Territa illa a comitantibus mulieribus rem ignorantibus  
 quesitit an pater compos mentis esset. At ille. Pessima femi-  
 narum inquit que tua arte magica puerum scandere appendiculi  
 fecisti: ut etiam nullo deferente pontem transeat facitor aut sub-  
 mergeris. Coacta, posito puero & demone arte sua inuocato  
 subito ultra pontem cecidit infans. O miseram que demonem  
 deferentem puerum habere potuit: deferentem uero se habere aut  
 non potuit aut nesciuit. Baptizato puero cum iam pater maleficiu hoc  
 filie per duos uiros probare posset: sacrificium uero diabolo factu  
 probare non posset: per iudicem peracto tempore purgationis,  
 filiam una cum matre delatam, ignibus adiecit. ¶ **Quartum.** Illa  
 uero sacrilega sacrificij oblatio quid operetur in puero, unde  
 gaudere possit impius demon: dico e multis pauca: quod scilicet  
 diabolus diuino honore tunc in sacrificij oblatione lete-  
 tur: & quod talis proles experientia teste magis diabo-  
 licis infestationibus subiaceat: & in maleficia  
 pronior sit: maxime si a parenti-  
 bus offeratur: qui in prole  
 putiuntur.

bb ff



**M**orbos omnes per strigimagas a demonibus hominibus ac iumentis & terre nascētibus lesiones uera ceter inferri. Capitulum Septimum.



Via uero iam liquet ex his quonā modo demones per strigimagas hominibus in generationis actu ipotum insidientur consequens etiā est, ut quonā etiā modo ceteros morbos inferre possint & inferāt & hominibus & iumentis necnon arboribus & generatiter plantis lesionem, detegamus: quod equidem multis punctis absoluemus. **P**unctum Primum. Omne morborum genus demones per strigimagas hominibus permittente deo inferre possunt unde & leprosos interdū & epilenticos hoies reddidisse leguntur. Quicquid. n. per actiua naturalia inferiora in esse adduci pōt, hoc totū demones posse, iam ex his que lib. primo scripta sunt liquet scum locali motu oīa eiusmodi suis passuis ad effectus educendos adiuuere possint: sed omne genus infirmitatis per aliquod actiuum naturale inferius inducitur & non mō induci potest: non enim ex influxu siderum solo immediate morbos hoies patiuntur: cum oē agens naturale experientia teste prius in uicinium agat q̄ in distans: & consequenter prius in medium q̄ in extremum nisi effectum suū inducat in instanti: sicut sol ad certā distantiam simul illuminat propinquā & remotam partē. Omne ergo infirmitatis genus homini demon inferre pōt se solo: & cōsequenter per maleficas: quia ille eiusmodi effectus non efficiunt semp: sed diabolus ab eis inuocatus propter explicitū uel implicitum pactū. Preterea idem per isidoꝝ patet maleficarū opera descriptentem. s. ethi. ca. 9. Malefici dicuntur inquit ob facinorū magnitudinem. Hi. n. elementa cōcutiunt. s. opere demonū ad tēpestates concitandas, mentes hominū turbant modis uidelicet supra tactis: usum rationis uel omnino impediendo uel grauiter offuscādo. Et subdit. Et absq̄ nullo ueneni haustu uiolētia nū carminis aīas interrimunt: intellige nō per carmina sed per demones dū ille carminat cooperātes. Preterea idē tenuit. S. tho. 2. di. 5. 6. 7. & 8. & cōter theologi oēs ibi scribētes: & id indubie sentiētes q̄ hoīb<sup>us</sup> obesse possit i corpe prole iumētis & reliquis bonis: q̄ oīa in iob accepta licētia se posse facere diabolus probauit & in septē mart-

nis sorte uxoris tobie . Immo & in fama: sicut teste io. an. in hie-  
ronimiano: forma siluani episcopi nazareth. turpiter nobilē ma-  
tronam sollicitauit . De priuatione quoq; usus rationis arrepticiū  
testantur . Auctor est sigilbertus & uincen. in spe. libro. 27. i em-  
pore. Indouici secundi imperatoris in agro maguntino . demon  
quidā i primis quidē domos saxis quasi malleis percussit: de hinc  
publice loquendo & ostendendo furta & perinde serendo discor-  
dias plures turbauit: tandē omnes contra unū irritans eiusq; hospi-  
cium ubicunq; maneret incendēs eū p hospitio agros habere cō-  
pulsit: ac presbiteroꝝ hac de causa letanias celebrantiū multos la-  
pidibus cruentauit. Nec añ trienniū elapsū ista quieuerē . Ceterę  
ad predicta dubiolū superest . Cur . n. maleficium ascriberet strig-  
image si demon solus efficit illud? Dico effectum ipsi soli demoni  
ascrimō . n. si strigimage scopa aquā ad aera spargat, hoc ad se  
quētem inde pluuiam aliquid efficeret: aut si imagini ceree infixā  
acu crucietur maleficiatus, illa infixio acus quicq; ad cruciatum  
operatur: cum utrunq; strigimage uires exuperet: sed utrunq;  
demon efficit propter explicitum, aut implicitū cū strigimage pa-  
ctum. Culpa tñ & reatus ex hoc effectu utiq; utriq; ascribitur demo-  
ni. s. & strigimage: quia utriusq; uoluntas in illud coitallius operā-  
do istius consentiendo & obsecrando .

**P**unctum secundum . Quia nero quid circa morbos demon  
impius possit iam satis ex dictis i primo li. & hic cōstat: iam quid  
circa hoc praticet historialiter libet referat: anthore henri. in sti. q;  
inquireret cōtra strigimagas: multa in iudice deprehendit. Eo tē-  
pore quo iquit in oppido per soruk. cōtra maleficas inquirebatur  
honestā quedam matrona tabellione astante sub suo iureiurando  
in hec uerba deposuit . Cū in statu uirginali cuidam . domine iler  
uitem cuius capitis dolorē malefica quedā mitigare conabatur: uidi  
aquā scutelle infusam cōtra naturam inde in ollā ascendere, & ma-  
leficę indignata dixi me non intelligere quid faceret: cū nihil nisi  
supstitiosa & q; ad mitigationē doloris nihil attinerent uiderem  
At illa tertia iquit die senties an superstitiosa sint. Igit̄ die tertia  
eū mane solum apprehendissem tātus me dolor subito corripuit.  
primo in omni interiori parte corporis: deinde in capite adeo ut  
mibi uiderentur ingiter igniti carbonēs imponi: demum in coe-

pons cute tota : sic ut nec spaciū ad instar puncti acis esset in quo pustula alba sanie plena non cerneretur : adeo ut diebus quatuor his doloribus agitata , eiulando & mortem in remedium aduocando : omnes uicinos perturbarem . Tandē me domine maritus ( qui ut fama erat maleficam adulterio procabat ) a malefica ( ut creditur ) habito consilio me stabulum quoddam intrare iussit : in ipso in exitu petram albam iacentem & tollere & enodare : quod ut potui cum fecissem : in ea quedam grana que nec edere nec uidere posse consueuerā & serpentū ac brutorum ossa , nec non grana quedam ad instar pustularum mearū alba intuita sum : que omnia ut domini mei iussu ignibus absumpsimō quidē post hore sut quarte partis hore spaciolum sed repente & statim sanitatem pristinam nacta sum . In eodem quoq; oppido alia honesta matrona iuridice in hanc formam deposuit . Cum in ortum meum ex uicino orto talis uicine mee transitum cum dāno meo fieri conspexissem & de hoc apud me submurmurarem : repente uicina illa astitit : & an illam suspectam haberem requisit . Territa ego quod malefame esset : hoc tantum respondi , quod gressus per gramina iacturam indicabant : illaq; indignata forte quod ad uota eius iurgis cum ea me miscere uolebam : submurmurans & nescio quid infrendens abscessit . Post paucos dies me dirus interitum dolor arripuit & in lateribus hinc inde punctiones due contrapugnantes : adeo ut die noctuq; uicinis forem clamoribus molestissima . Cūq; multi uisitacionis & condolendi gratia iugiter confluerent : sigulus quidam qui dicta uicina malefica aduiterans abutebatur : post consolatoria uerba discedens : die sequenti festinus regressus , quod nosset an mihi ex maleficio infirmitas euenisset , consequenter autem quid remedii esset indicauit : atq; ubi in aquam supra corpus meum plumbum liquefactum infudisset inspectis que resultabant imaginibus : ex maleficio inquit morbus est , cuius pars sub limine domus latitat . Cūq; ibi reperta esset imago cerea tota confossa cum duabus acubus ad latera hinc inde ad instar eorum quas ferebam punctiorum & nonnulla panniculis inuoluta & omnia in ignem coniecta essent repente abeuntibus doloribus conualui : sicut non plene quod scilicet totum maleficium uestigare nequiuimus . In eodem quoq; oppido coquans

quidam archiducis scilicet spreta amasia honesta & exteram iuuentula  
in matrimonium conduxisset : amasia malefica in publica uia multis  
honestis personis & spectantibus & audientibus predictae iuuentulae  
se maleficium mortemque predixit : extensa manu dicens . Non  
diu de tuo manto gaudebis . Sequenti die iuuentula lecto decu-  
buit : & post paucos dies mortem obiit : semper contestans : et  
sic moritur : quia illa deo permittente me suis maleficiis interemit .  
Et simile ibi multis accidit : & cum aliis domicello cuidam : qui  
cum per famulum amasiae eum nocte expetenti : excusationem  
fecisset : quod ea nocte ei complacere nequiret : respondit amasia .  
Dic domicello : me diu non vexabis . Igitur ille sequenti die  
infirmatus : non multo post interiit . Si que in eo solo oppido  
acta operi strigimagas sunt quis referre uoluerit : uolumen confi-  
ciat oportet . ¶ **Punctum Tertium .** Quid uero iuuen-  
tis que proximum nobis locum in nobilitate tenent officiant  
strigimage ex his quibus notit . Si enim homines morbis affi-  
ciunt : qui specialius diuine providentiae quam bruta subduntur : di-  
cente paulo : nunquid de bobus cura est deo : quanto magis  
bruta : que aliquid sunt hominis . Unde & oues iob ignibus de-  
mon cuius suffragiis strigimage nituntur absumpsit : sic etiam per  
uillas ubi strigimage uigent sibiindicem uaccas lacte ex inuidia  
priuant : interdum etiam interimunt . Cum enim lac ex men-  
struo sit ueluti menstruum exiccare potest uel a natura uel ab infir-  
mitate aut arte malefica que infirmitatem inducere nouit . Practi-  
cam uero quomodo strigimage conficiant : referre non expedit :  
quia si referrem non strigimage predicta attentare uolentes pecca-  
re quidem ex mala uoluntate possent : effectum tamen habere non  
possent per nudam demonum aduocationem : quod se careat funda-  
mento quod homagium diabolo non prestiterint & christianam fidem non  
abnegarint uerbis aut ope aliqua leuia & supstitiosa admittentes .  
Quidam in quadam societate iucunda positi ( author est henri . insti . )  
in prato iuxta torrentem tpe maii butyrum maicum quod ibi non  
erat cupuerunt : ex quibus unus procurabo inquit uobis illud : &  
quidem optimum . Et statim nudus torrentem intrans ac sedens dorso  
aduersus impetum aque certa uerba dicens : & aquam manibus post

uergū ceteris spectantibus mouentibusq; eius rēparis copiosum  
 ad istar quo eo tēpore ad for̄ iustice ferū oportunitatē qd̄ locū ne-  
 luti optimū probant. Hic ergo hand dubio in sua practica fuit  
 certus; & non aliter nisi quia aut per pactum expressum quasi ma-  
 leficus auxilio demonis usus est; aut p̄ pactū tacitū ex his q̄ expe-  
 tuerat diabolū sibi non defuturū; norausq; .n. sine uirtute huma-  
 na altiore id factū est: sed neq; diuina hand dubiū factū: alioquin  
 quonā pacto deus nuditatem & leuē in aqua sectionem exegisset  
 unde diabolica factū sit opomet. Si ergo diaboli suffragio, quasi  
 maleficus expresso pacto usus est; iam discussione opus non est: ali-  
 bus .n. diabolus suffragari, deo permittente cōsueuit. Si uero ex-  
 pressum pactū non interuenit simplicitū interuenient oportet: uel  
 quia a matre uel obstetrice diabolo oblati & perinde execratus  
 fuit; uel quia ipse aut uerbo, aut opere aliqua .s. superstitiosa admit-  
 tendo apostatavit. Pro quo & illud scire oportet q̄ diuus tho. .e.  
 di. 7. q. 3. ar. 2. q̄rens utrū auxilio demonū uti in effectibus corpora-  
 libus qui per eos inducunt sit malū: respondet q̄ q̄ supra homi-  
 nis & nature facultatem sunt, a solo deo exquirenda sunt: unde si  
 cut grauitur peccat qui quod dei est per idolatriam exhibet creatu-  
 re .s. cultū, ita & qui ea que a deo expetenda sunt auxilio demonū  
 implorant: cuiusmodi est uaticinatio: de futuro isay. 8. nunquid non  
 populus a deo suo requireret uisionē? & similiter in aliis operib⁹ ma-  
 gicis in quibus cōplementum operis ex demonū uirtute quis pre-  
 statur. In his .n. omnibus est apostasia a fide p̄ pactum inuitū cū  
in remissionē suorū peccaminū: & ne ad illicita remedia  
contra dei uoluntatē nitantur, ne eis deteriora contingant.

Finis libri secundi: de strigimaga; demonūq; mirādis.

**De strigimarum demonumq; mirandis**  
**Liber tertius .**

**An in strigimagas ut in hereticum genus sit**  
**animaduertendum . Capitulum primum .**



**V**IA uero iam de principiis mirandorū creature damnate in primo & de mirandis ipsis atq; antidotiseorum remediis in secundo li. tractatum est: reliquū & ultimum putarim, ut de remediis cōtra ipsas dānatas creaturas agamus: ne mundus tāta labe confectus tabelcat: que equidem remedia aduersus demones nulla sunt: q̄pe qui nec ad bonum uerti, ut obstinatis

nec eliminari e mundo, ut incorruptibiles queant: unde aduersus strigimagas remedia meditemur. Que cū duo sint tearum ad deum. s. uersio: & earum e mundo explosio: primo ueluti difficilimo misso, de secundo tractandum restat: quonā. s. modo aduersus eas criminaliter ad supplicium aut correptionē procedatur: ut uel elimentur moribus, uel ignibus eliminentur. Illud autē ante oīa enucleandū est: an p̄tra eas ueluti contra hereticos aut apostas p̄ inquisitores inquirendū sit: qđ multis punctis facturi sum⁹.

**P**unctū primum. In hac re due sunt inquisitorum opiniones cōpugnantes in ordine meo: in cā fuit q̄ eorū quidā q̄tum cum deo poterant ut ipsimet testantur, uoluerunt inquisitoribus esse la boꝝ subleuamento: unde eis cōmuni iure & si non priuato strigimarum negocium subtraxerunt: ut henri. insti. & so. ac reliqui germanie superioris inquisitores: alii uero zelo fidei in strigimagas ardentes, eas inquisitorib⁹ et cōi iure subiugarunt: ut hi qui ī hispaniis inquirunt. Si autē me nec inuidia nec obsequio docentē uerū dicere oportet: est hispanorū ut patebit opinio uera. Vtramq; ergo citabo: & hispanorū in primis. hi q̄ ad inquisitores p̄tineant cōi iure oēs malefici fortilegi diuinatores nigromātici senserunt: modo aliquid dicerēt aut facerēt quod heresim saperet manifestes

hh

sic tamē ut in tribus que in ea, multorum querela notantur. de he-  
 re. in cle. nec inquisitor sine episcopo nec sine episcopo inquisitor  
 iure procedantq̄ in multis aliis possint diuisim & in solidum pro-  
 cedere: de quibus ibi. his addūt blasfemos (quod intellige de blas-  
 femia proprie & ex obiecto: que. s. deo aut indebitū tribuit aut de-  
 bitum auferit: & consequenter semper heresim sonat) & quocunq̄  
 modo demones inuocantes (q̄. s. hoc heresim sapiat) & eos qui in  
 causa fidei sententiā excommunicationis obstinato animo anno  
 integro tulerunt. Alia uero opinio (imo potius uoluntas) est q̄ or-  
 dinarij contra maleficas sine inquisitoribus procedere possunt: li-  
 cet non sine iudice seculari, ubi punitio in sanguinis uindictam  
 trāsiisset: nec ipsi inquisitores cōmuni iure contra eos procedunt.  
 Ceterū ut dictum est: opinionē hāc uoluntatem potius dixeris q̄  
 opinionem: quippe ipsimet opinantes uiderunt se suam non posse  
 firmare sententiam, nisi per antiqua iura, limitata per noua: unde &  
 de ea dubitarunt manifeste: & facti sunt inquisitores cōtra eiusmo-  
 di bene facere procedentes, ubi ordinarij non procedunt: quod uti  
 q̄ uerum minime esset, si id iure nequirent: iniuria enim procede-  
 rent. Procedunt ergo episcopus & inquisitor etiam diuisim iuxta  
 ea. multorum querela de here. in cle. nisi ut ibi patet in tribus. scilz  
 additione ad penalem carcerem, additione ad torturam, & in  
 sententia contra delatum: quod intelligo etiam si nō sit contra in  
 ordine ad sanguinem, ceterum in ordine ad purgationem: canoni-  
 cam uel abiurationē: quia talis sententia est contra: & si etiam sit p  
 delato in parte p quanto absoluitur a morte: & hoc per regulam  
 odia. libro. 6. & maxime quia p. se sententia est contra, per accidēs  
 autem est pro. i. non ex causa iudicis, sed ex qualitate delati. Et ita  
 multotiēs per peritos cōclusum est: & tenet inquisitorū directoriū.  
 ¶ Punctum secundum. Quomodo autem in his sese ueritas ha-  
 beat, olim per multa dicta: in hanc sententiam monstrauius.  
 ¶ Primū. Inquisitor heretice prauitatis, contra hereticos & com-  
 participes. i. fautores, defensores, receptatores, posset inquirere &  
 procederet extra eodē cōtra libro. 6. adde & contra credētes: quip-  
 pe qui ueri sunt heretici. ¶ Secundum. In eodem etiam ca. dicitur.  
 Contra christianos qui ad ritum transierunt uel redierint iudeorū:  
 etiam si eiusmodi redeuntes, dum erant infantes aut metu mortis

non tamē absolute aut precise coadi baptizati fuerūt, erit tanq̄ cōtra hereticos si fuerint de hoc cōfessi, aut p̄christianos siue iudeos conuicti: & sicut cōtra fautores receptatores & defensores hereticorū, sic contra fautores receptatores & defensores taliū est p̄cedē dum. Hec ibi. Et addit glo. q̄ in iudeorū ritum: hi trāferunt, qui nūq̄ antea fuere iudei: redeunt uero qui fuerunt aliq̄n: nec nō q̄ hōz bōa sicut alioz p̄fiscātur: nec ad filios etiā catholicos deuoluūtur.

**T**ertiu. Sicuti etiā ibi glo. pbat & tenet io. an. in no. & archie. 3. parte titulo. 19. ca. 2. §. pe. in fi. p litteras clementis quarti & gregoriū decimi iudei xp̄ianos utriusq̄ sex<sup>9</sup> ad ritū p̄dictū inducētes, in iquū sitorū officiu cadūt: quippe qui & si nō sunt heretici pprie aut hereticoz fautores: large tñ fautores, imo factores hereticorū sunt. Regulariter tñ cōtra eos p iustitia seculares iudices adire solent ut extra de iudeis iudei. & ca. si nulli: & in cle. cedit eo. titulo dicit de satracenis. Et quia tales iudei ad iudaismū redeunt, solent se nouiter irritorie baptizare, lauādo atq̄ radēdo caput. uidet̄ p seculares iudices capitis pena ipōnēda. C. de apostatis: quia si rebaptizanti ipōnitur. C. ne sanctum baptisma l. 2. fortius se rebaptizanti seu uolenti baptismum tollere. Si tamen inquisitores illud punire uolunt possunt: una tamen cum episcopo per cle. primam de here.

**Q**uartum. Cōtra diuinos autem uel sortilegos inquisitor procedere non potest: dicente alexandro de here. accusatus libro. 6. q̄ de diuinationibus & sortilegiis inquisitores se intromittere non debent, nisi heresim saperēt manifeste: ubi glo. infert q̄ in dubio nō habent iurisdictionē: qd̄ nequaq̄ intelligendum est in dubio an factum sit patratum necne: sed in dubio an hec sapiāt heresim aut ex directo, iquisi. & ex textu liquet. Ibi etiā glo. io. an. explicat de sapiētib<sup>9</sup> heresim: sicut inquit est, circa aras idolorū nepharias preces effundere, sacrificia offerre, demones consulere, eorumq̄ respōsa suscipere. ut. 26. questione secunda hi qui: uel si associant sibi ppter sordes exercendas hereticos: uel faciunt predicta cum corpore & sanguine christi: uel in fontibus ut possint a demonibus habere responsa puerum baptizant: uel his similia. Hec ibi. Oldradus tamen consilio. 210. limitat inuocationem demonis heresim sapere manifeste, si fiat ad exercēda opera ei naturaliter ipōssibilia: alias sec<sup>9</sup> puta si iuocet̄ ut mulierē tētet: quā quidem limitationē

hh. ii.



alias in silue. retulimus truncate. Ipse enim non distinguēs inter  
 esse heresim & heresim sapere; dicit sapere heresim demonis in-  
 uocationem si ad impossibile sibi inuocetur: ut ad predicendum  
 futura: quod dei est proprium: si uero ad tentandum mulierem  
 quod est ei proprium, non sapit heresim manifeste, si fiat per mo-  
 dum imperii: sapit uero si demon adoretur. Hec ille ualde bene.  
 ¶ Quintum Pro his ergo sciendū est: q̄ cū heresis essentialiter in  
 intellectu sit: est enim infidelitatis species: & infidelitas in intellectu  
 est, ueluti & fides, ex nullo sortilegio probatur quis esse aere & p̄  
 prie hereticus: cum omnia eiusmodi ex concupiscētia possint nō  
 ex infidelitate p̄ficisci: p̄pter talia tamē interdū est quis hereticus  
 presumptiue: secundū io. an. ubi supra, & oldr. similiter ubi supras  
 et direct. inquisi. & omnes pene doctores: & ita etiam consuetudo  
 legū interps obseruat, & id est quando sapiunt heresim manifeste.  
 Quod equidē q̄tum ad inuocationes demonū atinet tripliciter  
 est: ut probat directo. inquisitionis, primo si eis honor, latrie defer-  
 tur. secundo etiam si honor dulie. tertio si nullus quidem defer-  
 tur honor, inuocantur tamen ad sibi impossibile: ut ad noscēdum  
 futura aut cordis archana: & hec etiā est mēs oldr. ubi supra: apud  
 quem hec sapiunt heresim si ad impossibile inuocetur: uel ad possi-  
 bile quidem sed nō per imperiū, uerū p̄ adorationē: que supple est  
 aut latria aut dulia. Addit tamen unū non usq̄quaq̄ bene dictum: &  
 quia inquit si adorans hereticum hereticus est, de here. quicūq̄ &  
 eo. ca. accusatus in 6. multo magis adorans diabolum: hoc enī nō  
 procedit nisi quando quis diabolum adorat credens adorandum  
 non aliter, sicut nec hereticus est adorans hereticum p̄pter timorē  
 humanū aut amicitia aut terrenū cōmodū uel eiusmodi, sine hoc  
 q̄ eius doctrine credatur. q̄tum ad alia uero dicendū est de mente  
 doctorum q̄ heresim sapiunt manifeste: quando ex sua natura ali-  
 quid preferunt quod manifeste est heresis: sicut baptizare imagi-  
 nē, p̄ se fert q̄ eiusce sacramēti ipsa sit capax: & rebaptizare p̄ se  
 fert puerum bis posse baptizari, & sic de reliquis. ¶ Sextum  
 Nec ipsi inquisitores id possunt in dubio an quid heresim sapiat  
 necne cognoscere: quia nō est eis attributa iurisdictio: ut glo. no.  
 in di. ca. accusatus. Et licet alias in dubio iudex cognoscat an sua  
 sit iurisdictio, & eā h̄c dicatur in dubio ut. ff. de iudi. l. si quis ex

alienatū s̄m iō. an. hōc locū habet in ordinatio: inquisitor uerō  
 nisi clare & manifeste pateat non se intromittit: quippe qui non  
 ordinarius sed delegatus iudex est. Glo. at̄ in ca. r. de offi. dele. q̄  
 uidetur sentire p̄trariū, s̄m angelicā sum. intelligenda est, q̄n̄ cer-  
 tum est q̄ aliquid sapiat heresim sed dubitat an sit manifesta nec-  
 ne. i. notoria: q̄si id uelit dicere q̄ iquisitor p̄t se intromittere de  
 sapientibus heresim si sint notoria uel dubia de notoreitate: non  
 aut si sint occulta, licet sit manifestū q̄ heresim sapiat. Qui sensus  
 nullo mō p̄cedit: quia nō dicit tex. de sapiētibus heresim mani-  
 festis: sicut tex. illius glo. loquēs de p̄seruatoribus dicit de iniuriis  
 manifestis: ueq; tex. n̄r dicit manifeste: q̄ aduerbiū cū sit, p̄tr̄ aut  
 uerbū limitet oporteat, necesse est ut ad uerbū sapere referatur: cu-  
 ius adiectiuū est: non aut ad ipsum esse manifestum. Vnde dico il-  
 lam glo. in istis iudicibus locū minime habere: sed in aliis.

**C** Pūctū tertiū. Opinio ergo p̄ria, q̄ p̄tra strigimagas & oēs quo-  
 cūq; mō demones iuocātes cū heresis sapore iquisitores cōi iure  
 p̄cedāt: & si iā ex dictis liq̄t, sic t̄n̄ ampli⁹ p̄bať. ¶ P̄rio. Siquid. n.  
 obstat, id maxie obstat, q̄ hi p̄nt p̄dicta facere, nec t̄n̄ de heresi cō-  
 uinci: quia cū eiusmodi facere possint & ex infidelitate & ex uo-  
 luptate. p̄cludi nequit q̄ ex infidelitate: interuenit. n. fallatia cōse-  
 quentis in eo quod est a duabus causis possibilibus ad eam: unam  
 determinate descēdendo p̄cludere. Sed hoc aliquo pacto obfata  
 nequit, alioquin p̄tra nullū penit⁹ hereticū p̄cludi poterit q̄ here-  
 tic⁹ sit. q̄tūcūq; dicat hereses & affirmet: p̄t. n. quis heresim, astrue-  
 re, aut iudeorū dogma p̄fiteri, quia ita credit: uel ēt si nō credit;  
 propter aliū finē: puta p̄pter scisma tuendū. 24. q. 3. inter heresim  
 aut certe ut iudeā dilectā uxore ducat, uel ut feneretur, uel ut licē-  
 tius peccet, dū aliquod uitii esse uitium negat: & infinita eiusmodi:  
 q̄nt̄ aut cum ois heresis ex infidelitate uel alia causa possit emer-  
 gere p̄cludi nequit determinate q̄ ex infidelitate emergat: & p̄tr̄  
 nullus cōuinci p̄t esse hereticus proprie: & cōsequēter nullus po-  
 terit hereticus dānari, quod est absurdum. Possunt ergo inquisi-  
 tores p̄tra p̄dictos procedere. Et obfirmatur amplius rō: quia ī ca.  
 p̄tra de here. li. 6. statuit ut p̄tra xp̄ianos qui sunt iudei uel redeūt  
 ad iudaismum sicut contra hereticos p̄cedatur: & t̄n̄ constat q̄  
 crebro qui ex iudeis baptizant, ad iudaismum redeunt plerumq;

non ex infidelitate, sed ex paupertate plerumque experientia docet.  
¶ Secundo. Nam hec opinio est determinata per canones: in ca.  
accusatus de here. in 6. ubi dicitur quod inquisitores de diuinationi-  
bus & sortilegiis se non intromittant nisi heresim saperent mani-  
feste. Sensus enim horum uerborum quibus inquisitoribus annui-  
tur in casu aliquo posse de sortilegiis & diuinationibus cognosce-  
reant est ut id possint quando heresim sapiunt sortilegi & diuini  
aut quando id sapiunt diuinationes & sortilegia etiam si eiusmodi  
homines non sapiant. Sensus primus aliquo modo procedere non  
potest: primo, quia textus non loquitur de dictis hominibus: uerum  
de dictis operibus, quippe qui non dicit de sortilegis & diuinatori-  
bus sed de sortilegiis & diuinationibus: unde ad istum sensum li-  
saperent uerbum non haberet casum nisi per suppletionem, quo  
modo loquendi ius pontificium uti non consueuit. Secundo: quia  
apud istum intellectum non distingueretur inter esse heresim & sa-  
pere heresim: & consequenter nec inter esse hereticum & heresim re-  
dolere: quia ipsi sortilegi uel diuini seclusis suis operibus non ali-  
ter sapiunt heresim nisi quia credunt: sapere enim ad intellectum  
pertinet, in quo respectu spectantium ad fidem, non est nisi crede-  
re, decredere, dubitare, quod etiam ad decredere spectat: oportet au-  
tem, omnino distinguere inter esse & sapere heresim: alioquin nul-  
lus suo opere sapere posset heresim nisi etiam hereticus esset: quod  
contra omnes doctores est: precipue io. an. & oldr. d. cōf. 210. apud  
quos inuocatio demonum semper est cum sapore heresis: & clarum  
est quod non semper cum heresi. Oportet ergo secundum dicti capituli  
sensum procedere quod est, nostrum institutum. i. inquisitores de cri-  
mine sortilegii & diuinationum eo casu se intromittant, quo ista  
redolent. i. pre se ferunt heresim: quod forte qui hec exercent heretici  
non sint. ¶ Tertio. Omnis sensus qui ex littera legis non extorta  
aut uiolentata haberi potest, & ex consuetudine que legum inter-  
pres est seruetur, & a doctoribus omnibus uel precipuis traditur, se-  
quendus sit oportet, nihil enim obstat. Sed quod inquisitores proce-  
dere & inquirere ac pronunciare possint contra diuinos & sortile-  
gos, etiam si non sint heretici, modo faciant predicta que heresim  
pre se ferunt: est sensus, eiusmodi in illis uerbis d. ca. accusatus: nisi

heresi in sapientia manifestentur quum ad literam patet quia de for-  
 tilegiis & diuinationibus non de eorum authoribus loquitur: &  
 quum ad consuetudinem: quia ubique inquisitores ita obseruant.  
 Et ex doctoribus uel precipuis: ut patuit de io. an. & oldr. & idē ar-  
 chi. sup eodē ca. §. lanei & super eodē uerbo sapientia & io. mo. &  
 guil. de mon. laudu. & ray. cuius dicta de omni simili in quum si-  
 mile accipienda sunt. Is enim ubi loquitur de reuertentibus ab  
 apostasia dicit. Reuertentes ab apostasia perfidia, cum fuerint here-  
 tici, tanquam reuertentes ab heresi sunt recipiendi: qui uero metu mor-  
 tis fidem abnegant & erroribus non credunt, licet uere heretici non  
 sint, postquam non habent in mente errorem, iudicio ecclesie que habet  
 per exteriora de interioribus iudicare, heretici habendi sunt. Hec il-  
 le. Si ergo iudicio ecclesie heretici sunt & ut heretici recipiuntur  
 et tractantur qui metu mortis fidem negant: quid dicemus de his  
 qui id non causa uitande mortis sed assequende uoluptatis pa-  
 trarunt: ut strigimage. Est ergo sequendus hic sensus. ¶ Quarto.  
 Qui heretici & plures heretici sunt, in iudicium inquisitorum ueniāt  
 necesse est: hos enim inquisitores dico, qui contra hereticos inquirunt.  
 Sed omnes malefici, incantatores, diuinatores, strigimage & eius-  
 modi monstra, habentia cum diabolo & morte pacta expressa uel  
 tacita: seu quod in idem redit, faciunt erga demones ea que here-  
 sim redolent: sunt heretici, pro quo aliquid de fide negant: & plus  
 quam heretici, pro quo negant totam: sicut si dicamus tetragonum tri-  
 gonum esse & amplius: aut quaternarium trinarium & amplius  
 quia omnes eiusmodi sunt apostate: quippe qui fidem aut expresse  
 ut strigimage, aut implicite ut reliqui negant: dum se inimico tradunt  
 quod utique sensit diuus thomas in secundo distinctiōe septima.  
 ubi querit an uti auxilio demonis sit peccatum: ubi inter alia per-  
 tractans illud isay. octa. nunquid non populus, a deo suo requi-  
 ret uisionem: dicit. In omnibus in quibus operis complementum  
 ex demonis uirtute expectatur, est apostasia a fide, propter pactum  
 initum cum demone: aut uerbotenus, si inuocatio inter sit: uel fa-  
 ctio aliquo etiam si sacrificia desint. Et idē petrus de taran. & alber.  
 magnus ibidem: & s. bona. & alexan. deal. & guid. or. carmeli quod omnes id  
 unanimiter asserunt, quod quod demones inuocant apostate a fide sumus & quod

plurq̄ heretici sunt. Et consequēter iudicio inquisitorum tēnēte  
condēnandi: & maxime strigimāge, que ultra fidei sancte abnega  
tionem habent crimina maxima & horrenda: ut patuit propter q̄  
apud aug. botā. iuris utriusq̄ doctorem, possunt etiam nō relap  
tradi brachio seculari: sed de hoc modo nihil. Sic ergo patet q̄  
habito q̄ aliqua p̄sona negauerit fidē, uel iuocauerit demones, nō  
est querendū necessario qua de cā id effecerint: quia sine ex infi  
delitate siue ex uoluptate aut utilitate id fecerint, puniuntur ut he  
retici aut uere aut presumptiue. Alioquin adorans hereticū non  
esset conuictus: contra ca. filii & ca. accusatus de here. lib. 6. & q̄tra  
no. p. archi. ibi in ca. quicumq̄: sed oporteret interrogare de cā: &  
preterea expresse ut hereticus dānatur qui forte in re non est her  
eticus: ut contumax in cā fidei & propterea per annum manēs ex  
communicatus: ut in ca. cū contumacia de here. lib. 6.

¶ Punctum quartum. Sed contra predictam opinionem sic de  
claratam ac firmatam argui multipliciter potest. ¶ Primo. Nam  
crimen contra quod eiusmodi inquisitores possunt procedere, op  
portet esse & heresim & manifestam heresim: ut patet per ca. accu  
satus in. 6. eo titu. in uerbo nisi heresim sapere manifeste. Sed  
ea que canoniste & theologi dicunt sapere heresim manifeste: ut  
inuocationes demonum &c. non sunt crimen heresis: quippe que  
sine heresi cōmitti possunt: puta ex uoluptate uel cōmoditate, &  
eiusmodi. Non ergo de his debēt se inquisitores itromittere nisi  
ex radice procedant infidelitatis. ¶ So. Negatur maior de heresi  
proprie: que uera est de heresi presumptiue: de qua loquitur capi  
tulum adductum: negatur etiam minor de heresi presumptiue, q̄  
tamen uera est de heresi proprie: t̄ hoc probatio p̄cludit & aliud  
nihil. ¶ Secundo. Ad hoc q̄ aliquis sit hereticus quinq̄ requirunt  
tur. primum ut sit error in intellectu: tum quia id omnes astruūt  
q̄ duo sunt que hereticum faciunt: error in intellectu, quasi mate  
riale & obstinatio in uoluntate, quasi formale: tum quia apud aug.  
hereticus is est; qui opiniones nouas & falsas aut gignit aut seq̄  
tur: tum quia heresis est species infidelitatis: & consequenter sicut  
& fides in intellectu est: in quo non est nisi cognitio uera uel fal  
sa: nec huic obstat q̄ sine errore simoniacus est hereticus. i. q. i. quis  
quis: quia ibi sermo est de heresi improprie per quamdam assimi  
lationem

lationem tunc allusivè ad nomen heresis quod divisionem sonat  
quam simonia facit a gratia dei & discipulatu xpi. secundum ut ille  
error circa ea sit que fidei sunt, vel circa determinationes ecclesie  
in spectantibus ad fidem & mores ecclesie. n. est regula fidei. 24. q. 1.  
quotiens secus si error esset in philosophicis: ut quod sol sit minor terra.  
tertium ut is in quo est error sit catholicam fidem professus: alias  
esset iudeus vel paganus, non hereticus: unde dicit aug. in li. de  
civi. dei, quod diabolus videns humanum genus a cultura idolorum  
ac demonum liberari, hereticos movit: qui sub vocabulo christiano  
doctrine resisterent christiane. quartum ut talis errans aliquam ve-  
ritatem de christo confiteatur: alias si totum negat apostata est, ut iu-  
lianus: non hereticus proprie: & si quicquid unum pro reliquo ponit  
quintum ut errorem eiusmodi comitetur voluntatis pertinacia: vix  
non qui falsas opiniones gignit vel sequitur, sed qui pertinaciter  
defendit apud aug. hereticus est censendus. Unde & dicebat terra  
re poterò, hereticus non ero: quia. s. paratus erat corrigi: unde. 24.  
q. 3. dixit apostolus. Sed in divinis, sortilegis, strigimags & huius  
modi, non sunt necessario ista: imò possibiliter deficit eis error in  
intellectu: ut plerumque experientia docuit, quod eiusmodi multi de fide  
per oia bene sentientes abusi sunt sacramentis, baptizarunt imagi-  
nes, christi corpus & crucem conculcarunt, fidem negarunt: ut a  
demonibus assequeretur optata. Non ergo eiusmodi necessario  
sunt heretici: & consequenter non incidunt in iudicium inquisitorum:  
unde & beatus anthoninus in. 2. parte: dicit quod homo non sunt he-  
retici, quis ecclesia statuere posset quod punirentur ut heretici. ¶ So.  
Conceditur quod concluditur. s. quod eiusmodi in veritate non sunt  
heretici proprie, sed presumptivi: cum vero infertur, consequenter  
autem non incidunt in iudicium inquisitorum: hoc utique negatur: ut in  
liquet. Beatus vero anto. oia bene dicit: nec oportet aliquid adde-  
re: nisi id tantum, ut quod ecclesia dicit posse facere, nos dicimus ecclesia  
fecisse in. d. ca. accusatus: ut probatum est. ¶ Tertio. Si strigimags  
& huiusmodi ea ratione quod demones inuocant, veniunt iudicio in-  
quisitorum plestende, quasi heretice vel apostate: pari ratione &  
salomon adorando idola cum vera fide in corde, fuisset apostata,  
vel hereticus. Hoc autem est falsum: quia nullus hoc dixit. Ergo  
&c. ¶ So., salomon fuit vere apostata in conspectu sinagogesitum

ii

& hieroboam, qui uisulos coluit nō quin crederet unū neq; deū  
 sed ne .x. tribus, propter accessum ad templū domini in hierusalē  
 regrederentur ad regnum dauid. Coram deo tamen qui cor in-  
 tueretur nullus recte credens, apostatat a fide. Cum uero dicitur q̄  
 nullus hoc dicitur arguitur negatiue ab autoritate: quod nō licet  
 maxime ubi agitur de regis ignominia. ¶ Quarto. Nam si strigi-  
 mage ueniunt puniende quasi heretice presumptiue, aliquis ex p̄-  
 sumptione de heresi damnaretur: p̄tra ca. literas de presump. ¶ So.  
 In primis quidem ca. illud nō utitur uerbo presumptionis sed sus-  
 picionis: ne tñ uideamur effugere: dico q̄ si presumpcio de aliquo  
 crimine inde uenit, q̄ testes sufficienter non probent crimen he-  
 resis, nullus damnatur: & hoc uult capitulum illud: si uero inde  
 uenit q̄ unum crimen probatur maius heresi & illam includens,  
 quod de heresi crimine minori facit presumptionem, iam licet ta-  
 lem puniri ut hereticum: non enim punitur quia sit hereticus  
 sed quia commisit crimen, in foro ecclesie heresim includēs. Vñ  
 hic est suspicio uiolenta iuris immo & de iure: de qua infra ca. ult.  
 puncto secundo. Inducerem hic rationes francisci ponginibii si  
 essent alicuius momenti: & non scirem q̄ ex uoluntate non ex in-  
 genio scripsit. Adduco aut̄ inconfirmationem predictorum eru-  
 ditissimum uirum dñm io. de turre cremata: qui super dicto capi.  
 epi doctissime probat impossibilia fore: & tandem preferuans se  
 ne crederetur tenere contra predicta, dicit aliud esse q̄ uera sint q̄  
 ille muliercule dicebant, aliud q̄ diabolus hoīem realiter de loco  
 ad locū ferat: quia primū est impossibile nō secundū. Hec ex illo.

¶ Processum in strigimagas practice & obi-  
 ter inchoari, Capitulum secundum.

Via iam que speculative dicenda erant in modo cōtra strigimagas  
 q̄ procedendi absoluimus: iam ad practicam descē-  
 demus, breuissimam praxim edituri: q̄ hec res iam abunde  
 per multos expressa sit, etiam quo ad oīum sententię formu-  
 las: quas p̄sulto omitemus: q̄. sp̄ssim hī possint, aut ingenio pro-  
 prio formari. Igit̄ obiter quonā pacto p̄cessus inchoādus sit mō  
 streuus oportet: qd̄ multis punctis expeditur necesse est:

¶ Punctum primum. Illud in primis notādum est: q̄ inquisitor  
 & q̄s iudex in cā fidei, sū marie simpliciter & de plano, absq; ad-  
 uocato: & iudicio: & strepitu & figura procedit: de here. statuta li.

132  
6. **Que** uerba qđ p̄tendat, p̄ de uerbo, sig. sepe: nbi dī. Hac i p̄p̄-  
tuum ualitura p̄stitutiōe sancimus, ut iudex cui taliter cām p̄mitti  
mus (.s. simpliciter: ut i ca. statuta) necessario libellū nō exigat, litis  
cōtestationē nō postulet, tpe feriāq̄ ob necessitates hoim indulta  
rū a iure p̄cedere ualeat, ap̄tetur dilationē, & nām litis q̄tū poteris  
faciat breuorē: exceptiōes, appellationes & dilatiōes frustratorias  
repellēdo: partiū aduocatoꝝ, p̄curatoꝝ cōtentiones & iurgia tes-  
tiūq; sup̄flua multitudine retinēdo. Nō sic tñ iudex litē obruar  
quin probationes necessarie admittant: citationē uero ac p̄resta-  
tionem iuramētī de calūnia siue de dicēda ueritate, ne ueritas oc-  
cultetur, p̄ concessionem hmōi intelligimus nō excludi. Hec ibi.

**P**unctū scđ3. Tres apud iura sunt modi p̄cedēdi: extra de accu-  
sa. denū. & inquisi. p̄ totū. Primus est p̄ uia accusationis: ubi neces-  
sario p̄cedit inscriptio: qñ. .s. quis aliquē accusat de crimie heresis  
pprie uel p̄sumptue corā iudice offerēs se probaturus: ad penā ta-  
lionis inscribens. Hūc modū iudex nō facile admittatū qa in cā  
fidei aut maleficæ nō est usitatus, & merito: qppe q̄ honesta cri-  
mina sua, occulte admittantū qa accusanti ualde piculosus ē, pro-  
pter talionē: tū demū qa ualde litigiosus ē. Scđus est p̄ uia denun-  
ciationis: ubi necessario p̄cedit fraterna monitio: ut quū qs sup̄ eo  
crimie denūciat aliquē deliquisse: nolens tñ obligare se p̄baturū,  
aut sese partē efficere: s; tñ nūciare: uel zelo fidei, uel ut obediat  
iudici id exq̄renti in gñe uel ipē, & multā euet. Tertius est p̄ uia  
inquisitionis: ubi necessario p̄cedit clamorosa insinuatio: qñ. .s. nec ac-  
cusator nec denūciator adest. neq; i ciuitate aut opido aut uilla fa-  
ma de crimie eiusmodi laborat: quo casu iudex nō ad instantiā par-  
tis s; ex officio suo p̄cedet. Et hos duos ultimos modos usus ap̄le  
& f: utriq; tñ p̄miscēdo: ut. .s. iudex decretū suū publicet, & mādēt  
sibi denunciari crimē a scientibus. & denūciantū dicta p̄scribat.  
**P**unctū tert. ū. Si ergo processus inchoet p̄ uia accusationis: pra-  
xis. In noīe dñi &c. Tali tpe, tali loco, corā talibus cōparui talis  
de tali loco & talis dicitis: offerens scedulā accusationis talis te-  
noris. Corā nobis &c. Inseratur tota. Acta sunt hec tali tempore,  
loco, & corā tali iudice & testib⁹ &c. Sed hūc modū qa nō p̄gruit  
in seq̄ntib⁹ omitteremus. ¶ Si at scđo mō procedat: a gñali citatio-  
ne suum processum modo isto inquisitor exordiat, sequētib⁹



ad loca publica appensus. Quam nos inquisitor talis loci, totis nostris affectibus inhiantes ac ex omnibus nostris precordiis affectus populum christianum nobis commissum in unitate & serenitate catholice fidei confoueri, atq; ab omni peste heretice prauitatis uisceraliter elongari cupiamus: idcirco nos inquisitor prefatur, cui ex iniuncto officio hec incūbunt, ad honorem & gloriam recollendam nominis iesu christi, & ad exaltationē sancte fidei orthodoxe, atq; ad depressionem heretice prauitatis, precipue in maleficis: uniuersis & singulis cuiuscunq; conditionis & status aut dignitatis existant, qui sunt infra terminos talis loci, ad quorum noticiam deuerint hec mandata, auctoritate qua fungimur in hac parte in uirtute sancte obediētie ac sub pena excoicationis precipim⁹ & mandamus: ac mandando requirimus, quatenus infra .xx. dies proxime computandos, quorū primos quatuor p̄ primo, & quatuor imediate sequētes pro secūdo, & ultimos quatuor pro tertio termino perēptorio, hac trina monitione canonica assignamus: nobis reuelent, si quis scit, uidit uel audivit aliquam esse personā hereticā & maleficam, diffamatam uel suspectā: & in speciali talia predicantem, que in nocumentum hominū, iumentorum aut terrenascentiū, & dānum rei publice cedere ualeant. Quod si quis nostris antefactis monitis & mandatis nostris non paruert cum effectu, premissa infra taxatum terminum non reuelando, sciat se excoicationis mucrone percussurum: quam excoicationis sententiam in omnes & singulos (taliter ut predicatur cōtumaces) prefata nostra monitione canonica p̄eunte, & eorū inobedientia requirente, nunc ut ex tunc & tunc ut ex nunc ferimus in his scriptis: absolutionē ab his censuris, nobis tantūmodo reseruādo. Datum. Et authenticetur. Potest autē quis ut res exigit addere uel subtrahere, & secularis iudex mutanda mutare.

¶ Punctū quartū. Quū uero aliqui denunciaturi cōparebunt, neq; probare neq; se partē facere uolentes, sed ex obedientia uel zelo bono denūciāt: habeat iudex notariū: & religiosas ac discretas personas saltē numero duas, siue clericalis ordinis siue laicalis sint secundum archi. & si notarius haberi nequit, loco eius duo idonei uiri habeātur: qui testiū depōnes p̄scribāt, siue scripto siue saltē uerbo deponāt: de here, ut officiū. s. ueg. li. 6. Et tūc notarius sic exor

ditur. In noīe dñi amen. Anno a natiuitate dñi &c. tali die talis  
mēsis, in p̄sētia mei notarij & testiū ifra scriptoꝝ talis de tali lo  
co & de tali dioceſi, cōparuit p̄ſonaliter in tali loco, corā honore  
bili tali iudice: & obtulit ei ſcedulā tenoris ſequentis inferat̄ tota.  
Vel ſi uerbo deponit dicat̄: & denūciat̄ eidē, q̄ talis de tali loco  
talis dioceſis, aſſeruit & dixit q̄ ſciet hoc, uel q̄ quis talia nocu  
mēt̄a ſibi uel aliis p̄ſonis intulerit. Quo facto ip̄m denūciatē in cōſi  
nenti iurare faciet, mō p̄ſueto ad ſc̄tā dei euangelia uel ſup crucē,  
de ueritate dicēda ſup denūciatis: & p̄ſtito iuramēto interrogabis  
eū, unde ſcit eſſe uera que denūciat̄, & ſi uidit uel audiuit. Si di  
xit ſe aliqua uidiſſe (ut puta quia ibi reptus eſt tali hora tēpeſtatis,  
uel q̄ tetigit iumētū, uel quia intrauit ſtabulū) interrogabit iudex  
ubi eū uidit & q̄n & quotiens, & quibus p̄ſentibus audiuit: form  
do articulos de quolibet p̄dictorū ſingulariter & diuiſim: & nota  
rius oīa ſcribat & ponat in actis: poſt dictā denūciationē continu  
ando ſic. Qua quidem denūciatione ut premittitur facta ſiple in  
quiſitor incontinenti fecit iurare ad quatuor ſancta dei euangelia  
uel ſuper ſigno crucis, denūciantē de ueritate dicēda ſuper denū  
ciatis: & interrogauit eū dē unde & quō ea que denūciauerat ſciet,  
uel ſuſpicionē haberet eſſe uera. R̄ ſi uidit uel audiuit. In  
terrogatus ubi uidit uel audiuit &c. & formentur articuli, ut dictū  
eſt: & totū ponatur in actis. i. in proceſſu. Et ſpecialiter interroge  
tur qui ſciūt cū eo in tali cauſa, & qui ſcite p̄ſt. Quibus paſtis uel  
mo interrogabitur ſi mala uoluntate denūciat, odio uel r̄cōre:  
uel ſi aliquid omittat fauore & amore: aut ſi denūciat rogatus &  
ſubordinatus. Et poſtremo illi in uirtute p̄ſtiti iuramenti in iunge  
tur tenere ſecretū quicquid ibi dixit uel dictū fuit per iudicē: & to  
tum in actis ponetur. & omnibus expletis, ponatur paulo infra.  
Acta ſunt hec in tali loco, tali die talis mēſis, & tali anno: in p̄ſen  
tia mei notarij uel ſcriptoris: adiūcto mihi tali in uigorem officiū  
tabellionatus, & talium teſtium ad hoc uocatorum & rogatorū.  
¶ Punctū quintū. Quantum uero ad tertium modū & uſitatū & cō  
munē ſi nullus aut accuſator aut denūciator apparet, ſed laborat  
fama alicubi de aliqua ſtrigimagarant etiā de tali: & p̄pter famam  
ex ſuo officio abſq̄ accuſatore uel denūciatore index procedere  
inſtitueret, abſq̄ citatione generali & monitione de qua ſupra, eo

¶ talis clamor frequenter uenerit ad aures eius: tunc iterum processum inchoare poterit, in presentia personarum ut supra. In nomine domini amen. Anno a natiuitate dñi tali, de mense tali seu de mensibus talibus, ad aures talis iudicis, talis loci, peruenit plures, fama publica referente & clamorosa insinuatione producentes  
¶ quidam uel talis de tali loco, dixit uel fecit talia ad maleficia pertinetia, contra fidem ac communem utilitatem reipublice: & ponatur totum prout fama laborat, & exprimat suam intentionem inquirendi. Et paulo infra. Acta sunt hec die tali talis mēsis, de anno tali, in presentia talium testium uocatorum & rogatorū, & mei notarii tali auctoritate, seu scriptoris & socii uigore tali. Deinde inquisitor citabit & examinabit testes iuxta formam dicēdam.

¶ Punctum sextum. Quot uero & quales debent esse testes: dico  
¶ ubi testes non sunt singulares uel partiales sed in omnibus concordant, de rigore duo testes sufficiunt ad damnandum de crimine heretice strigimagarum: quum regula sit, in ore duorum uel trium testium stare omne uerbum: de equitate tamen sufficere semper non uidentur propter criminis enormitatem: quia in criminibus probationes esse debent luce clariores. ff. de proba. l. si autem. Si uero dicatur in crimine hoc sufficere leuior probationes: quod leui quis argumento detegatur. C. de here. l. 2. leui argumento. recedendo a iudicio catholice religionis & tramite, hereticum se facit. R. & spō. datur hoc utiq; uerum esse ad suspicandum: ceterum ad condemnandam minime: quia in crimine eiusmodi iuris ordo truncatur quia delatus nec testes iurare uidet nec sibi inotescunt: ubi preiudicium graue illis imminere possent in ca. statuta. de here. l. 6. unde tenetur ipse iudex per se & ex suo officio de testium inimicitia perquirere: quia excluduntur: ut patebit: & si confuse deposuerit, iterato de causa sciētie eos iterroget: quod utiq; potest. de test per tuas. ff. de quest. l. repeti. Igitur ad duorum legitimorum testium dicta, aliquem de tanto crimine damnare tutum non uidetur, si sit bone fame: uerum potius si diffamatus esset purgatio esset indicenda, uel abiuratio propter uehementem suspicionem ex duorum dictis obortam, uel esset questionibus exponendus, aut sententia differenda. Si uero esset male fame, secus. De his archi. in ca. ut officium. §. uerum. de here. l. 6. & in ca. fidei. in fine glose: & io. an. ibi.

**P**unctum septimum. An uero per testes singulares cum infamia possit quis de eiusmodi crimine damnari: respondetur q̄ non extra de sti. cū literis: quia oportet in criminibus probationes esse luce clariores: ut patuit: & in hoc crimine nemo est ex presumptione damnandus. de presump. litera s. Vnde tali iudicis purgatione ratione infamie, & abiuratio ratione suspicionis uehementis, ex dictis testium confurgentis. ubi tamen testes sunt singulares, cōcordat autē in substantia facti, necnō facti euidentia cōcurrat: tūc iudicis conscientia oneratur: & ex directorio liquet quoties possit testes examinare.

**P**unctum octauum. An uero iudex ad iuramentum de ueritate dicenda in causa fidei seu strigimagarum, testes compellere possit, a ut etiam eos pluries examinare: dicendum est q̄ sic presertim ecclesiasticus. de here. ut officium. §. uerum. li. 6. unde in causis ecclesiasticis testes cogendi sunt medio iuramento ueritatem deponere. de testi. cog. puenit: & de here. ex cōmunicamus. §. addicim⁹. dicitur q̄ archiepiscopus uel episcopus parrochiam i qua fama est hereticos habitare circueat, & tres uel plures boni testimonii uiros uel etiam (si expedire uidebitur) totam uiciniam iurare compellat et sequitur infra, & iurare nolentes heretici reputantur. De repetitione uero examinis per inquisitorem uel iudicem, archi. in ca. ut offi. §. uerū. sup uerbo testium. & ibi textus de here. li. 6. quod etiā iure fieri posse liquet, de testi. p. tuas. ff. de quest. l. repeti.

**P**unctum nonum. Quantum uero ad testium qualitatem; id notandum in primis est: q̄ excommunicati, participes criminis, in defectum aliarum probationum cōtra hereticos admittuntur. de here. in fidei fauorem li. 6. Et similiter infantes, criminosi, serui cōtra dominos, in causa fidei ad agendum & testificandum admittuntur. De quo archi. eo. ti. in ca. accusatus lib. 6. dicit q̄ tanta sit labes criminis heresitisq̄ ad ei⁹ actionē et serui aduer⁹ dños suos, & q̄libet criminofus etiā infamis aduersus quēlibet admittunt: ut. 2. q. 7. §. huic opponitur. Item sicut hereticus contra hereticum ita maleficus contra maleficum ad testificandum admittitur, in defectum tñ aliarum probationū, & semper cōtra non pro: uxor et filii & familiares contra & non pro: capi. filii de here. lib. 6. Et idem de periuris: ut in ca. accusatus de here. in. 6.

**P**unctum decimū. An uero & capitales inimici admitti debeant

respondetur q̄ minime ut dicit archi. ubi supra. & 3. q. 5. cap. 2 & de  
 simo. licet heli. in fine: de quo est ho. in sum. de accus. §. quis possit  
 Non tñ oīs inimicitia est repellendi cāsed capitalis; q̄ tunc intelli  
 gitur qñ de facto mors interuenit, uel intētata fuit, uel ea q̄ ad mor  
 tem iductiua & uia sunt sequuta sunt ut uulnera graua & letalia;  
 & huiusmodi. Alie uero inimicitie presertim graues (prouet etiam  
 mulieres ad inimicitia facilliter cōmouentur) & si a testificando a  
 toto non repellunt: dictum tñ inimicorum dubitabile utcūq̄ fa  
 ciunt, ut non sit plana fides huiusmodi attestacionibus adhibēdas  
 cum aliis tñ adminiculis & aliorum testiū dictis plenā probatio  
 nem possunt efficere; presertim ubi iudex delatum interrogat, an  
 ne putet se talem habere inimicum qui sibi tale crimen auderes  
 imponere; & ille aut respondet q̄ non, aut spāliter de persona ite  
 rogatus eam nō noiat que deponit, etiam si alii eum inimicū asse  
 rant, & inimicitie cā deposuisse. Si uero personam exprimeret que  
 deposuit, & iudex de inimicitiarū causa per alios honestos infor  
 matus, & alia adminicula non succurrunt; eiusmodi testem meri  
 to iudex repellit. Non ergo prudenter pleriq̄ repellere conantur  
 mulierum depositiones, q̄ crebro rixas habeant inuicem; aliud  
 enim suadent iudicium cautele; de quibus infra.

**¶** Processum in strigimagas continuari practice  
 & obiter. Capitulum tertium.



Via iam ostensum est quonā modo p̄cessus inchoā  
 dus sit, qualiter sit continuandus ostendendū restat  
 quod multis punctis fiet.

**¶** Pūctum primum. Quia superius dictum est q̄ iu  
 dex denunciantem interrogare debet de his qui cri  
 men nouerunt, aut nosce poterunt: ideo testes illos citari faciet  
 quos denunciās nominarit, & qui magis oportuni uidentur scri  
 ptor uero p̄cessum hoc modo continuabit. Post que attēdēs ipse  
 iudex denūciata sibi añdicta hereticalia fore; & ex sui natura talia;  
 et tam graua, que nec possunt nec debēt cōniuentibus oculis tol  
 lerari quum cedant in diuine maiestatis opprobrium; & tam fidei  
 catholice q̄ reipublice detrimentam; descendit ad se informādum  
 & ad testes

Et ad testes examinandum per modum qui sequitur.

**P**unctum secundum. In interrogatoriis testium, Talis testis de se si loco citatus, iuratus & interrogatus si cognoscit talem, exprimat nomen delati dicitur & sic. Item interrogatus de causa cognitionis, dicitur & per eo quod uidit & locutus est sibi pluries uel sic uel sic. Item interrogatus de cognitionis tempore dicitur &c. Item interrogatus de fama illius, & presertim in his que fidei sunt dicitur &c. Item interrogatus si uidit uel audiuit enim tale quid fecisse dicitur. Item interrogatus ubi dicitur in tali loco. Item interrogatus de tempore, dicitur. Item interrogatus si ex sua consanguinitate aliqui propter maleficia fuissent incinerati uel suspecti habitus dicitur. Item interrogatus an cum suspectis maleficis habuerit familiaritatem dicitur. Item interrogatus de modo & causa quod dicta fuerunt dicitur. Item interrogatus si uidetur sibi quod talia dixerit aut fecerit trufatorie seu recitatorie seu animo indeliberato, uel assertine potius & deliberato animo dicitur. Item interrogatus de causa credentis huius, dicitur. Item interrogatus si hec deponit odio uel amore aut fauore, dicitur. Et sequitur. Et iniunctum est sibi rem habere secreto. Acta sunt hec in tali loco, die tali, in presentia talium testium uocatorum & rogatorum, & mei notarii seu scriptoris & socii. Vbi & illud aduertisse oportet, quod in eiusmodi examine semper oportet esse personas saltem quinque presentes: que sunt iudex inquirens, testis uel denunciatus, respondens uel ipse delatus postea comparens, & notarius seu scriptor ubi notarius deest (& tunc adiungitur sibi alius honestus & hi duo uicem tabellionis implent apostolica auctoritate ut officio de hereti. li. 6.) & duo honesti uiri testes eorum que deponuntur. Aduertere rursus oportet quod testis citatus scilicet ad deponendum, semper iurare debet de ueritate dicenda: aliter falso scriberetur & tatus & iuratus. Modo consimili alii testes omnes examinandi sunt.

**P**unctum tertium. Quibus examinatis si iudex factum aduertat probatum plene aut si non plene, tamen nider esse maxima insidicia & suspiciones uehementes. i. non que ex leuibus coniecturis sed que ex multa diffamatione super crimine proueniant: tunc & eo casu si de fuga timet delati, eum capiat: alioquin si minime timet, eum citet habito tamen si expedit consilio peritomin. Et siue capiat siue citet, ex improuiso scriptari faciat dotnam eius, apertis

kk

scribitis & paxidibus singulorum & omnia instrumenta de scriptis  
ne tollantur : Consequenter autem collectis his de quibus est de  
latus aut convictus aut suspectus , super eis interrogatoria forma  
atq; inquirat habito secum notario . ut supra; prestito prius corpora  
ali inamento de veritate tam de se q̄ de aliis dicenda : & omnia  
per modum qui sequitur conscribantur.

¶ **Punctum quartum.** Interrogatoria generalia super delato  
& constituto . Talis de tali loco , delatus iuratus super quattuor  
dei euangelia corporaliter tacta tam de se q̄ de aliis dicere verita-  
tem inter rogatus unde est sine unde originem traxerit respondit  
q̄ in tali loco talis diocesis . Item qui sunt eius parentes , & si vi-  
ui vel mortui respondit . Item an naturali morte uel incineratis  
respondit . Nota id fieri : quia communiter tota progenies strigi-  
magarum infecta est : & ubi negant quod testes deponunt , se sus-  
pectos exhibent . Item ubi fuit nutritus , uel ut plurimum conuer-  
satus item quare locum nativitatis mutavit : item si in dictis locis  
vel alibi de maleficarum natura loquentes audiuit , & de operibus  
earum item quid loqui audiuit : item si credit , maleficas esse , &  
talia posse aut facere : & si negat ( ut consuevere prima fronte , inde  
oritur suspicio : unde subito interrogetur an credat q̄ innocentes  
damnentur . Deinde vero iudex specialius interroget cur populus  
eū sic timeat . Item an sciat se diffamatum item cur illi persone ma-  
natus sit , tu non transibis impune item quid sibi fecisset illa per-  
sona , ut talia proferret . Vbi & illud advertendum est , q̄ inter-  
rogatio hec est necessaria , ut inimicitiarum fundamenta uestigen-  
tur : quia delatus tandem inimicitias allegabit : q̄ ubi non est ca-  
pitalis sed muliebri more concitata , non prepediat . Hoc enim  
strigimagarum est proprium uerbis aut factis inutilibus efficere  
puta expetendo sibi aliquid mutuari , uel damna inferendo in  
homo & similia : & id ea ratione ut occasionem caprent : ab alio-  
rum tamen presentia cauent , ne testes esse possint . Interroge-  
tur etiam quomodo effectus tam cito sequi potuit post minas  
item quare dixit illud uerbum , & ita factum est . Item si om-  
nia negat , interroget de aliis maleficiis , & effectibus illiatis homi-  
nibus , iumentis & frugibus item si uisus est in campis uel in sta-  
bulo cum ianctis , ea tangens item cur tetigit puerum , qui de in-

De egrotant streum quid egit in campis tempore tempestatistitent  
tur plus lacte abundat una uacca q̄ alii duabus aut tribus. Et  
omnia responsa scribatur: & super eodem repetitis uicibus inter-  
rogetur: ut nonit iudex an uacillet neene. Qua confessione  
peracta & scripta, siue affirmatiua siue negatiua siue ambigua, de  
inde subiungitur. Acta sunt hec tali loco &c. ut supra.

¶ Punctum quintum. Quid iudici curandum sit ubi delatus  
persistit in negatiua. Eo casu attendat iudex ad tria, infamiam  
indicia facti, & testium dicta: & ubi hec tria concurrunt, immo  
duo ultima, immo tertium solum, est manifeste in heresi male-  
ficarum seu strigimaganum deprehensus. Apud iuristas enim tri-  
bus modis aliquis in prauitate heretica deprehensus dicitur (ut no-  
tat bellar. de here. ad abolendam. §. presenti. uerbo deprehensi) pri-  
mo facti euidentia: puta quia publice heresim predicauit (loco cu-  
ius hic ponim<sup>9</sup> indicium facti: quia publice minatus est in gene-  
re: dicendo uidebis &c. & talis effectus sequutus est, quem homo  
efficere nequiret) uel secundo legitima probatione per testes: uel  
tertio per propriam confessionem. Si at hox unumquodq; reddidit  
aliquem manifeste in heresi deprehensum, multo magis illa tria  
quia quū sufficeret ultimū. s. testes nūero & qualitate legitimi, suffi-  
ciunt illa tria uel duo uel ultimum, immo ultimum solum. Eo  
etiam casu locus est pene. d. capi. ad abolendam. & capi. excom-  
municamus. secundo de here. etiam si crimen minime factus si. t.  
Nā sic deprehensus aut fatetur crimen: & tunc ut penitens secula-  
ri brachio relinquatur puniendus ultimo supplicio: ut in capit. ad  
abolendam (uide tamen mitigationem que ibi fit) uel perpetuo  
carceri mancipandus: ut in capitulo excommunicamus. Si ue-  
ro non confitetur, est impenitēs tradendus potestati seculari: ut  
no. ho. in sum. ti. de here. Vnde casu isto iudex, maxime cum sim-  
pliciter & summarie procedat, nihil erroris admitteret, si dela-  
tum ad carceres perpetuos aut temporales adiudicaret: ut forte  
squaloribus attritus fateretur.

¶ Punctum sextum. Amplior pretenitorum declaratio. Quid eo  
casu faciendū sit ubi fama, indicia facti & testes concurrunt: sunt tres  
dicendi modi differentes. Vnus q̄ mancipetur carceri delatus:



hæc quous modo sub quacumq; emulione dimittatur ut iuris clausus respondeat hac ratione q̄ sicut manifeste deprehensus habeat. Alius q̄ ante incarcerationem fideiussorum cautioni relinqui possit q̄ si fugam caperet pro conuictio censeretur licet post incarcerationem non sit relinquendus cautioni. & hic modus consuetudini innuitur. Tertius uero is est, q̄ regula infallibilis dada sit mî mime, sed iudicis moderationi relinquendum: ut s̄m testium dicta; persone infamiam, & indiciorum facti concursum distingatur; & si fideiussores idonei haberi nequeant, & de fuga sit fortasse suspensus, eo casu tradatur in carcerē. Qui modus tertius rationabilior uidetur, modo modo modificatus seruetur, qui constat ex tribus primo ut domus eius diligenter perlustretur in omnibus scriniis, angulis, fossis & latebris: secundo ut si ancillam aut sodales habeat malefica, seorsum includantur ad custodiam & si non ad penam etiam si non sint delate: ut nonnullis placet: presumitur, n. q̄ eius secreta aliqua nosit. tertio ut si in domo propria capitur, spatium intrandi cameram negetur: solent. n. si intrarint certa maleficia seorsum ferre, gratia taciturnitatis in questionibus seruandè immo alicubi id seruetur, ut capte malefice subito eleuentur a terra, & in sporta repositæ de cetero terram non attingunt. Et id merito quidem & licitum in primis q̄ attingentes pede terram, & se maleficiis liberarent interdum, & multos alios fulmine interimerent: ut nonnulli sic capti (& terram tangere eis id petentibus uetati) facti sunt se esse cautos si tetigissent: deinde uero, quia & si omnes uires ad tactum iusticie publice perdūt quo ad præterita maleficia ( ut supra dictum est) tamen maleficio taciturnitatis interdum a diabolo eis succurrunt: quod hic cauetur. Illud etiam aduertere oportet: q̄ quum duplex sit carcer: ad penam scilicet, quo recluduntur criminosi: & ad custodiam, de here. multorum querela in cle. ad minus ad custodiam eo casu maleficus incarcerationis foret. Si autem ea pro quibus est quis delatus, forent leuia (ita q̄ non extaret infamia, nec indicia facti in pueris & iumentis uel frugibus) remittatur ad domum: uerū quia forte cum strigimāgis familiariter uersatus est, & eorū secreta nouit, det fideiussores si pōt alioquin iuramentis & penis astricti domū aut certos p̄anes nō exeat. Si uero sic delatus aufergerit, agē dū est iuxta ea. ut p̄missis. & ea. ut inquisitionis de here. li. 6.

**P**unctum septimum. Quid vero post raptionem agendum & dico multa. Primum. Si delatus ac detentus stet in negativa, & se delatores & delata nolle scire ad nullum horum index tenetur, nec nomina pandere nisi delatoribus placeret & uideri & delata in faciem effundere. Licet. n. diuersa diuersi potestates senserint tamen quod iudex eo casu pandere deponentium aut accusatorum nomina tenetur, sensit nullusquam potius aliqui id senserunt ut nunquam alii non semper uerum in casu liceat. Tandem uero bonifacius. 8. in ca. Statuta de here. 20. statuit in hunc modum. Inhibemus tamen quod accusatoribus uel testibus in causa heresis interuenientibus seu deponentibus, propter potentiam personarum contra quas inquirunt, uideat episcopus & inquisitor graue periculum imminere si sicut contingat publicationem eorumdem ipsorum nomina non publicent. Hec ibi. Vbi episcopi & inquisitoris nomine omnis index intelligitur procedens ex horum consensu, etiam laicorum eadem sit ratio quia procedit auctoritate apostolica & non imperatoria solus.

**S**ecundum. Potentia autem personarum triplex est: prima generis & familie, secunda pecunie, tertia malicieque aliis diuersis est formidolosa non minus. n. periculum est predicta pandere delato pauperi habenti in malo complices, rebelles & homicidas (qui preter personam perdere possunt nihil) quam generoso uel diuiti temporalibus bonis affluentibus.

**T**ertium. Graue autem periculum ioh. an. ibi dicit illud esse si mors uel truncatio timeatur eorum uel filiorum aut parentum, aut substantie deuastatio, & huiusmodi. In eodem tamen ea subditur. Ceterum in omnibus precipimus tam episcopos quam inquisitores puram & prouidam intentionem habere ne accusatorum uel testium nomina supprimendo, ubi est securitas periculum esse dicant ne in eorum discrimine securitatem asserant ubi tale periculum immineret super hoc conscientias eorum onerantes. Hec ibi. ubi etiam patet quod sicut pena annexa est nomina testium indebite publicantibus, ita & indebite occultantibus. In his quibus merito essent manifestanda: ut afflictionibus & peritis, de quorum consilio ad sententiam est procedendum.

**Q**uartum. Quia uero omnia predicta & sequentia usquequo ad modos sententiendi ueniatur, absque pena sanguinis fieri possunt: in quibus iudex ecclesiasticus iudicat, fieri possunt cum diocesanorum consensu per iudicem seculares

**Idco non miretur quis si in d. ca. nominatur iudex ecclesiasticus,**  
 non secularis: qui modum sententiandi super sanguinem, ex mo-  
 dis sententiandi etiã & penitentiandi ordinariorum capiet. ¶ **Quin-**  
**tum.** Petit autem delatus defensionem sibi dari & expresse & etiã  
 implicite: ut cum dicit se cupere uidere delatores & huiusmodi.  
**Que defensio fiat in tribus: primo ut ei detur aduocatus, qui etiã**  
**procuratorio nomine agere poterit: secundo ut aduocato nomi-**  
**na testium non pandantur, etiã prestio iuramento q̄ non reue-**  
**labit (nisi esset irrephensibilis & zelator & iusticie amator) sed de**  
**his q̄ in processu continetur informetur tertio ut aduocatus causã**  
**delati quantum potest in meliorem causam interpretetur: sine ta-**  
**men scandalo fidei & iusticie damnosus patebit. Et idem de pro-**  
**curatore. Pro his nota q̄ aduocatus nullo modo dandus est ad ar-**  
**bitrium delati, sed iudicis: qui det probum, nõ autem litigiosum**  
**uel malinolum, qui facile pecuniis corumpatur. unde iudex eum**  
**monebit que sunt boni aduocati partes, & specialiter q̄ non men-**  
**tiatur allegando falsas leges uel quid simile faciendo: & diligẽter**  
**moneat ne de aduocato fiat fanto: quia eo casu excommunicatus**  
**esset. per ca. excommunicamus. primo extra de here. Nec prodest**  
**si personam & non errorem se defensare dixerit: quia non debet**  
**sic quouis modo defendere, quin procedatur summariè simplici-**  
**ter & de plano: quod faceret si peteret omnino dilationes, uel im-**  
**misceret appellationes: que omnia refutantur. Licet. n. non defen-**  
**dat errorem: quia peior esset ipsis maleficis & heresiarcha. 24. q. 3.**  
**qui illorum: tamen quia indebite defendit iam suspectum de here-**  
**si. tanq̄ fautorem se facit, etiã uehemẽter secundum defensionẽ**  
**quam facit: & debet publice abiurare coram episcopo: iuxta ca. ac-**  
**cusatus. de here. in. 6. Si ergo aduocatus sit rephensibilis, repella-**  
**tur, & secundum actã & probata iudicetur: alioquin ex malo aduo-**  
**cato mala multa proueniunt: ipse expertus. sum nome ubi tamẽ**  
**non iudex sed adiunctus iudici eram.**

**¶ Punctum octauum.** Quid uero sit aduocatus facturus etiã p̄  
 curatorio nomine agens, ubi sibi nomina testium celantur & cliẽ  
 gulo suo. Dico q̄ de omnibus contentis in processu diligenter in-  
 formabitur, habita etiã eius copia si mauult, suppressis tamen re-  
 suum nominibus: qui delatum adiens singula proponet, dicẽs sic

127  
ab illi sic fecerunt ex his ipse conleber, & tandem ad id tenet ut  
inimicitias allegat, aut sua excuset: se talia quidem dixisse afferes,  
sed non eo animo ut noceret & eiusmodi. Quo casu quantum at-  
tinet ad inimicitias, eas iudici proponet: & ille inquiret an capita-  
les intermenerint necne: & si sunt cum suis affessoribus iudex prou-  
dus discutiet an ex parte delati aggraueretur inimicitia, uel ex parte  
deponentis: puta quia coniuncti delati alios ex parte deponentis ini-  
iuste opprefferunt: tunc si desit infamia & indicia facti, nec sunt alii  
testes, presumitur q̄ ratione uindictæ depositum sit: & delatus ab-  
solutur sub cautione de non uindicando. Quid si katherina male-  
ficiata in se uel in suis, super illâ suspicatur cuius cõiuncti in publi-  
co iudicio opprefferunt suam maritū scilicet katherine? Respõdetur  
hic est duplex inimicitia ex parte deponentis, scilicet ratione male-  
fici & oppreSSIONIS: unde si desint alii deponentes nec laborat infam-  
ia contra delatum, depositio ista repellitur: delatus tamen reddi-  
tur suspectus; si & in quantum moribus est maleficiosus: de quo ta-  
men infra. Si uero adsint alii deponentes qui super alia indicia fa-  
cti deponant, res plana est: si uero super infamia solum deponunt  
& in re ita est, tunc licet iudex propter inimicitiam repulerit depo-  
nentem, ipsum tamen indictum; facti quod ptulerat & ostēderat  
iudex ex aliis testibus super infamia, capiet pro inter signo super  
suspicionē uehementem: ex qua delatus potest multipliciter plecti.  
Primo pena canonicè purgationis, propter infamiam, iuxta ca. in  
per sollicitudines de purg. ca. x. scd̄o abiurationis, propter suspici-  
onem: iuxta ca. accusatus in principio de here. in. 6. & secundum  
uarias suspensiones ad uarias abiurationes ut infra. Et si accesserit cõ-  
fessio criminis & penitentia, propter indicia facti non relinquitur  
brachio seculari ad punitionem sanguinis: sed p̄ iudicem ecclesia-  
sticum ad perpetuos carceres damnatur: quo non obstante, p̄pter  
temporalia damna potest per secularem iudicē ignibus tradinuxta  
ca. ad abolendam. §. p̄ se. & iuxta ca. excommunicamus secundo. de  
here. & de his oībus infra. Epilogando obiter. Primo nō facile cre-  
dat iudex aduocato sup̄ inimicitias capitalibus: q̄a depositiōes eius  
modi rarissime sine inimicitia fiūt: cū malefice omnib⁹ sint odiose.  
Secundo attēdat q̄ quatuor modis posset maleficus conuinciper  
testes, per euidentiā facti, per indicia facti, per confessionem p̄-

primam: hoc uel super infamiam tantum, quod solum per testes  
sicut super suspicionem leuem, uehementem, uiolentam: & quod  
tam ad hec omnia sine confessione propria: que si accedat, quid  
agendum sit dictum est. Tertio applicet predicta ad suum: propo-  
sum super inimicitis respondeat aduocato. Vbi autem ipse ad-  
uocatus allegaret secundum, scilicet uerba non esse dicta animo no-  
tendi. adducat quod licet illa uerba dicta sint, ex alia tamen causa po-  
tuit effectus uenisse: cum nouis modis infirmitates emergant, &  
commune sit mulierum uerbis eiusmodi corrixari. Quibus allega-  
tionibus iudex obuiatur: si quidem ex naturali defectu infirmi-  
tas aduenerit, exculpationem admittere potest: ex signis tamen an  
maleficiu sit aduertet, si nullo remedio naturali curatur, si medi-  
corum sententia est morbus maleficialis, aut etiam aliarum incan-  
taticum, si absq; debilitatione preuia superuenit, si curata fuit sub-  
ito quia signum maleficii sub lecto uel indumentis reptum destruc-  
tum est. Per hec. n. obuiabit iudex accedentibus mitis que de ma-  
leficio suspicionem ingerunt: sicut si quis dicat succedam horreum  
tuum, & effectus sequitur, suspicio aut uiolenta aut uehemes emet-  
git: licet id alius potuerit effecisse.

¶ Punctum nonum. Rursus capitales inimicitias subtilius inda-  
gaturi sumus, si circa eiusmodi difficultas emergat: poterant hi  
modi & si cautelosi ad bonu fidei & reipublice praticari. Primus.  
Nam aduocato in folio uno copia processus tradatur: alio uero  
nomina testium, no eo ordine quo deposuerunt: sed tali ut neque  
at coniectari quod talis tale quid deposuerit. Secundum. Date copie  
et nominibus ut prius inserantur alia alibi a maleficia patrata & a  
testibus in scriptis non deposita. Sic. n. delatus assertiue dicere ne-  
quibit istum uel illum capitalem hostem: Tertius. Cum delatus  
examinatur, anteq; defensio & aduocatus detur, interrogetur an  
putet se inimicos habere qui tantum crimen auderent imponere  
et forte respondebit, non: quod forte ex improuiso faceret: & si di-  
xerit quod sic, nome eius & inimicitie causa scribatur ut loco suo iu-  
dex rem certius uestigare queat. Quartus. Anteq; defensio aut ad-  
uocatus detur: accepto nomine eius qui grauissime deposuit, inter-  
rogetur delatus an illum notit: & si dixerit quod non, iam ex post fa-  
cto cum hoste capitale i ea causa non potest facere: cum medio in-  
tameto

ramento oppositum dixerit. Si uero dixerit q̄ sic, interrogetur an  
 audiuerit eum aliquid contra fidem maleficarum more egisse : si  
 dixerit sic & sic fecit, interroget si est eius amicus uel inimicus: sta  
 tim respondebit forte q̄ est eius amicus, ut ei credatur: & sic non  
 poterit ex post facto hostem asserere : si autem responderit se nihil  
 scire de eo, interrogetur an sit eius amicus uel inimicus: & forte re  
 spondebit q̄ amicus : quia allegare inimicum de quo nihil mali  
 nouit, uidetur dedecus : & sic ex post facto idem erit quod prius .  
 Si autem a principio allegauerit capitalis inimicitie causas iā ad  
 uocato adhibebitur fides. Quintus. Data copia processus aduoca  
 to testium nominibus suppressis, aduocatus delatum informabit  
 qui coniectabit quis contra eum talia deposuerit, & crebro diuina  
 bit. Tunc uero si dixerit, talis est capitalis inimicus & uolo proba  
 re per testes : eo casu iudex conuocato peritorum uel antiquorum  
 cōsilio clanculo, testes & causas inimicitie examinabit : & si inue  
 nerit ita esse, repellet testes, & delatum dimittet si non sunt alioꝝ  
 testium grauamina . Et hic modus usitator est. Est & alius & fina  
 lis modus qui mandatur in iure (& quo iudex tandē utetur si pre  
 dicti non placerent) ut sine omni imputatione transeat : ut scilicet  
 habito peritorum & prudentū & honestorum cōsilio, iuxta teno  
 rem .d. ca. statuta, ab eis prius habeat iuramentū q̄ rem celabunt  
 & eis processum & nomina deponentium per notarium exponat  
 & q̄ inimicitarum radicem habere non ualuit : & si eis uidetur,  
 de duobus alterum fiat: primum ut per consilium discernatur quis  
 ex deponentibus sint quasi hostes repellendi aut eligantur aliqui  
 puta tres uel quatuor aut quinque i oppido, qui amplius norint ami  
 citias uel inimicitias delati ac testium, & qui in consilio nō sint  
 presentes : & eis publicentur nomina delati ac testium, non autē  
 articuli processus : & eorum iudicio stabitur.

¶ Punctum decimum . Materiam uero questionum multis pun  
 tis absoluemus . ¶ Primum . Si ut exigit iustitia communis,  
 ad penam sanguinis iudicatur nullus nisi confessione propria de  
 prehensus : quamuis quis pro deprehenso in prauitate heretica ex  
 aliis duobus, scilicet euidencia facti seu ex iudiciis facti, & testi  
 bus legitimis hēatur : utiq; talis delatus questionibus exponet, ut  
 crimina fateatur. Pro quo etia; illud sciendū est: q̄ iudicium facti

LL

est aliquid minus q̄ facti evidentia: spiritus autem ex verbis maleficorum & factis simul, etiam si ipsa maleficia non subito emergant sed temporis lapsu modo precesserint mine. ¶ Secundum. Circa questiones tamen oportet iudicem advertere ad plura propter taciturnitatis maleficium: & in primis ad illud ne ad questiones maleficarum sit pronus: quia nisi diuina uirtus per angelū bonum assistat ut abeat diaboli maleficium, in doloribus insensibiles aliquando redduntur: adeo ut potius membratim scinderentur q̄ faterentur: & id est q̄ si sicut ore ita & corde diabolus sequitur cordiali professione & homagio: de quibus supra. Vnde has diabolus pro uiribus iuuat taciturnitatis maleficio: secus de aliis que aliquando fatentur se nunquam diabolo uoluntarie adhesisse & coactas maleficia peregisse. Has diabolus etiam si diuinitus non repellatur, faciunt ut confusione & morte in desperationē trahat, quas allicere corde nequiuit. ¶ Tertium. Aduertat etiā ut sententiam questionum sic uel modo consimili ferat, mutatis mutandis. Nos iudex & assessores, considerantes merita processus facti per nos contra te talē, talis loci, talis diocesis: & diligenter omnibus examinatis inuenimus q̄ tu es uarius in tuis confessionibus: utpote quia dicis te tales minas protulisse quidem non tamen animo nocendi, & nihilominus sunt indicia uaria que ad te questionibus exponendum sufficientia sunt. Eapropter ut ueritas ab ore tuo proprio habeat & ut deinceps aures iudicis nō offendas, interloquendo declaramus, indicamus & sentētiamus die presenti & hora tali te supponendū questionibus & tormentis. Lata fuit hec sententia &c. Aduertat tamen episcopus & inquisitor ut hec sententia quum sit contra delatum, feratur coniunctim, iuxta capi. multoꝝ de here. in cle. Demū non sit tñ iudex ad q̄ones pronus: sed delatū carceri ad penā mancipet sicut prius ad custodiā & adhibitis amicis, uideat an carcere & bonis uerbis suauioris euel lere ab eo possit ueritatē. ¶ Quartū. Vbi uero fide bona sibi suadet q̄ ueritatē tegat, eū q̄onibus modeste exponat. i. sine sanguinis effusionibus: illud sciens q̄ fallaces sunt q̄ones, & ut dictū est, interdū, et inefficaces. Dū uero ministri se disponūt ad q̄onandū, illū exolient uel si mulier ē, a matronis honestis priusq̄ penosos carceres adeat spoliata: sine maleficia getat in uestibus. Et dū ligatur moneat

& crebro, & ministri paulatim exequant q̄si p̄tra eū turbati ¶ **Quartum.** An uero iudex possit p̄mittere uitā si sp̄ote fateat, cum sit infamatus & p̄ indicia facti & testes dephensus, nihilq̄ desit nisi ut crimen suo ore fateat, sunt opiniones: quibusdā putātibz q̄ sic, mō p̄petuo carceri macerāndus deputet, mō plene detegat sua & aliena aliis similiter q̄ sic, si carceri deputet ad t̄ps, sed post ei⁹ interuallū iterimat: aliis similiter q̄ sic, sed substituat alius q̄ interimat. Mihi v̄ q̄ absolute possit: cū adhuc nō possit iuris eq̄tate inferre mortē: q̄a p̄fessio nō intercessit. An uero debeat, ḡn̄alis regula dari nequit: certū t̄n̄ est hoc mō sepe ueritatē elusisse, & multos eē q̄ ueritatē faterent nisi timor mortis intercessisset. ¶ **Sextum.** Si uero, nec sic h̄ri pōt ueritas q̄sita, q̄ōnef modis usitatis, nō aliter: & inter q̄ōnandū de articulis iterroget, a leuioribus inchoādo: & totum notarius in processu scribat, & quō torquet, & de quibus iterrogatur, & quid r̄ndeat. Et quidē si p̄ tormenta fatef, ad aliū locū ducatur ubi iterum ueritatē recognoscatur: si uero minime fatetur, terreat p̄positis aliis tormētoꝝ ḡn̄ibus: q̄d si nō iuuat, sn̄ia ad tormenta cōtinuanda pro alia die (non. n. p̄nt iterari nisi ex nouis indicis) feratur in hunc modū. Et nos prefatus iudex ut supra, assignamus tibi tali, diem talem ad continuandū q̄ōnes, ut a tuo ore proprio ueritas oriatur. Et totum ponatur in processu a notario. Interim adhortetur ad fatendum: nec solus relinquatur: quia si diabolus eū deferere aut uult aut cogitur a deo, eum ut sibi ipsi manus inferat sollicitabit.

¶ **Punctum undecimū.** Quonā autē modo sint cōtinuanda tormenta, & de cautelis iudicis, multis dictis enodabimus. ¶ **Primum.** Sicut uarie sunt delatoꝝ qualitates, ita & modos interrogandi & cautelas iudicum oportet esse uarias: nec una regula dari pōt, nec expedit: q̄a facilius filii tenebræ acsi perditionis sue laqueū euitarent: v̄ si taciturnitatis maleficiū uestigare curat, aduertat an corā eo lachrimare delatus possit: hoc. n. pro certo p̄pertū est, q̄ q̄ maleficus aut malefica est, et si p̄iuret ut lachrimet nō poterit: q̄ uoces gemētis dabit, & sputo genas & oculos liniet: ut fletisse uideatur. Modus at̄ adiurādi ad ueras lachrimas & ad eas cohibēdas hic uel p̄similis est. Coniuro te p̄ amorosas lachrimas a dño n̄so iesu x̄po in cruce pro mundi salute fusas, ac per lachrimas ardētissimas



ipsius gloriose uirginis marie matris super uulnera eius hora uesti-  
tina emissas, & per lachrimas omnes olim sanctorum & electorū  
omnium, a quorum oculis iam deus omnem lachrimam abster-  
sit, ut quatenus innoxia sis lachrimas effundas, alioquin nullo mo-  
do possis effundere, in nomine patris &c. Experientia docuit quā-  
to plus noxie coniurantur, tanto sicciores effici: quā fingere conan-  
tur. Alibi autem a presentia iudicis & extra locum tormentorum;  
coram custodibus flere possunt. Causa uero eius rei putatur nobili-  
tas doni lachrimarū in penitētibz: quod diabolus summe odit,  
& pro uiribus impedit, ut finalis impietia inducatur: aut quia facile  
malefica lachrimans, emollitis uisceribus penitere posset. Quod si  
permittente deo astutia diaboli lachrimas a noxia excuteret: dico  
eiusmodi non excedere terminos probabilis coniecture, nec super  
his iudicium absolutionis aut condemnationis esse fundandum.  
Secundum. Cautela secunda sepe obseruanda a iudice & assessori-  
bus. Cautent ne se tangi maxime ad nudum maxime iuncturarū  
permittant: armati uero semper signo crucis ferant potius secum  
sal exorcizatum, palmas & herbas benedictas, & ceram itidem be-  
nedictam, simul omnibus inuolutis: sunt enim efficacia: ut ex ec-  
clesie consuetudine & strigimagarum testimoniis constat. Immo  
nudem a tactu, sed etiam ab auditu & uisu talium, esset cauendum  
pro uiribus: quia & per uerba & uisum coopante diabolo eas pos-  
se maleficiis afficere compertum est. Tertium. Cautela tertia. Abra-  
dantur omnes delatorum pili: in eis. n. sicut & in uestibus interdū  
pro maleficio taciturnitatis scripturas aut alligaturas celant: immo  
interdum in locis secretissimis non scribendis nec nominandis,  
immo interdum inter cutim & carnē. Et quā demon haud dubio  
eiusmodi taciturnitatem per se posset inducere: tamen eiusmodi al-  
ligaturis & scripturis utitur, ad maiorem animarum perditionem  
& offensam diuinitatis: quum ista per neces puerorū maxime non  
renatorum & mille crimina procurentur. Nota uero taciturnitatē  
in questionibus ex tribz emergere: primo ex naturali duricia cor-  
dis: sicut in quibusdam ex mollicie passio adeo est facilis ut etiam  
non admissa fateantur. Secundo ex maleficio apud delatum reten-  
to: unde in diocesi ratisponen. quā dā heretici damnati illesi i igne  
manserunt, & rursus adiudicati submersioni idem fuit: indicto an

tem triduo ieiunio omni populo, cuidá innotuit q̄ in certo cor-  
poris loco sub cute erat maleficium: quo sublato statim incendio  
perierunt. Tertio ex maleficio aliorum quantuncunq; distantium  
sicut in isybruch quedam malefica se iactare solebat, q̄ si uel mini-  
mum filum uestis cuiuscunq; detenti haberet, id posset efficere ut  
mori potius q̄ fateri posset. Quartú. Cautela quarta. Vbi uero eius  
modi rasura foret horrida, nonnulli inquisitores cōtra taciturnita-  
tem hoc utuntur remedio. A brasis capillis, ciph<sup>9</sup> aque benedictę  
cum guttula benedictę cere infusa, ieiuno stomacho sancta trink-  
tate inuocata ter potus delato ministretur. An uero omnibus reme-  
diis cessantibus licitum esset diuinatrices inuocare pro soluendis  
maleficiis: quidam absolute negando respondēt. Ego uero disti-  
guo: quia aliud est per diuinos inuocare demones, aliud inuocare  
ipso diuinos ad ea que sua uirtute possunt: non scilicet ut demo-  
nes inuocent, sed ut sua propria notitia & uirtute utantur. Quod il-  
licitum non puto: etiam si quid alias per demonē sciuisent, & nō  
ideo quia nunc me instante inuocarunt: sicuti licite ad febrē quar-  
tanam pellendam naturali actiō uteretur: puta pulueribus herbe ca-  
medrios (que italice callamandrina nuncupatur) mixtis uino bo-  
no albo, potato in hora accedentis parocismi, etiam si alias id de-  
mon reuelasset, modo id me instante non fecerit. Primo ergo in-  
dex utatur propria uirtute: deinde uirtute aliorum: & consilio et ma-  
lorum, nec non sanctorū etiam uiuentium: tandem ad deum con-  
fugiat etiam indicta oratione & ieiunio: ut prouideat rei sue co-  
modo quo sue bonitati & sapientie, congrui: iuxta illud. 2. para-  
20. cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus  
residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

¶ Punctum ultimum. Vltimam uero interrogationē delati non-  
nullis dictis explicare oportet. Primum. Sacrationibus diebus ho-  
rā missarum cum rebus & uerbis sacris, maximeq; septem a chri-  
sto i cruce prolatis, in scedula scriptis: & ut nonnulli scribunt cum  
longitudine corporis christi benedicti a se haberi potest, qua malefi-  
ca cīgatur. & sanctorum reliquiis, iudex aqua benedicta in potum  
exhibita, delatum iterū questionandū aggrediatur: continue hor-  
tando & dicti testium sine nomine legendo, ac dicendo: ecce per  
testes conuictus es; & si testes id uellent, interroget an fateri uelit

si testes in faciem deponant:quo annuente id fiat, si forte uel sic  
 rubore aliquid diceret. Et ultimo eo stante in negatiua, interroga-  
 bit an pro sua innocentia iudicium ferri candentis subire uelit: &  
 si annuerit (ut libenter faciunt, putantes q̄ a demone iuuabuntur)  
 erit signum q̄ sit uere maleficus: & replicabit iudex, qua temerita-  
 te tali periculo se submittat: nec illud patietur, sicut nec licet. Secū-  
 dum. Si uero in negatiua persistiterit, his cautelis iudex utetur. Pri-  
 ma. Carceri ad custodiam bene tñ munito tradetur: nullo aut mo-  
 do eum sub fideiussione relaxet: quia nunq̄ haberetur ueritas: sed  
 in dies peior efficeretur: sed id procuret ut in cibo & potu humane  
 tractetur: deinde submittat honestos & tutos, qui de impertinēti-  
 bus loquentes tandem se exhibeant mediatores, promittendo q̄  
 iudex gratiam faciet: & idem etiā tandem faciat iudex: caute tamē  
 loquendo, intelligendo sibi uel reipublice: & notarius omnia scri-  
 bat uerba, & qua intentione sint dicta, prius edoctus a iudice. Se-  
 cunda. Siqua complices examinati deposuissent ad propositum  
 aut si qua instrumenta uel unguenta uel pixides ex domo eius ha-  
 buerit: de singulis diligenter interroget, ad quem usum &c. Tertia  
 Procuret iudex sibi fidum, & malefico non ingratum, qui collo-  
 quatur, actandem cātus temporis tarditatem remaneat cum eo no-  
 de: & si fieri posset, esset de complicibus cōfessus: foris autem sint  
 qui explorent & uerba audiant, & si opus fuerit cōscribant. Quar-  
 ta. Si quando incipiat cōfiteri, nulla ratione uel pacto uel hora iu-  
 dex confessionem dimidiet, donec principalia excipiat: interrup-  
 ptio enim multotiens ad uomitum reducit. Et post nouementa  
 lata interroget iudex de succubo uel incubo, & tempore negati-  
 uae fidei, & quando cū incubo coiuerit. Hec enim non nisi dictis aliis  
 fatentur. Quinta. Si predicta omnia non inuenti ubi fieri potest in  
 castro aliquo recludatur in carcere: & post dies aliquot, castellan<sup>o</sup>  
 se recessurum fingat ad partes distantes: & honesti uiri uel femine  
 intrantes adiutorium spondeant, modo eos de certis expe-  
 rimentis informet: puta super grandine concitanda,  
 uel de camalibus cum incubis & eiusmodi. Eo ta-  
 men casu quo omnia deficerent uel omnia  
 fateretur: quid agendū sit iudici p̄ sen-  
 tentia, iam dicere aggrediamur.

**S**ententias pro terminatione processus i strigimaga  
 vario modo ferri. Capitulum quartum.



Via vero iam ostensum est processus quonam modo  
 cōtinuetur nunc quomodo per sententiam claudatur  
 multis punctis ostendemus.

**P**unctum primum. Iudicium ferri candentis, aque  
 bullientis & duelli, quicquid sit de seculari iudice ( qui tamen in  
 heresi maleficarum crimine. s. ex ecclesiastico & civili mixto. i. he  
 resi & maleficio non potest sententiaré: ut inquisitionis eo. titu. §.  
 prohibem<sup>9</sup> li. 6. ) ecclesiasticus index nō exercet. 2. q. 5. monarchiā  
 item ibi ca. quod sanctorum. Vnde his missis aut in conuictū aut  
 in sponte cōfessum sententia ferenda est per aug. 2. q. 1. ca. 1. ¶ Que  
 sententia triplex est: ut ibi dicit glo. sum. Prima est interloquu  
 toria: que apud ray. dicitur q̄ non est sup principali, sed super aliis  
 questionibus emergentibus inter principium & finē cācut de te  
 ste repellendo uel dilatione danda uel non, & eiusmodi. Sic dicta  
 q̄ inter principiu & finē cāe iudex ea; loquitur uel dicit: aut certe  
 quia iter partes sine scripture sollēnitate proferet: de sen. & re iudic  
 quod ad: q̄q̄ prolata scribitur. de proba. qm̄. Scda est diffinitiu;  
 que ea est qua principalis cā finitur. ff. de re iudic. l. 1. Tertia est sen  
 tentia p̄cepti: & ea est q̄ maior minori p̄cipit sine cāe cognitione;  
 de qua in. d. glo. & ff. qd̄ me. ca. l. ultima. Sed ista tertia omiſsa de  
 priā & de scda p̄cipue intēdimus. Priā at̄ & precipua. i. diffinitiu  
 si lata fuerit iuris ordine p̄termisso nulla est. 2. q. 6. si qn̄. §. diffini  
 tiua. Qd̄ de eo ordine s̄m glo. ubi supra intelligit, q̄ de substantia  
 iudicioꝝ est: ut .i. fiat litis cōtestatio, & testes legitime recipiātur  
 nō aut̄ de eo ordine q̄ de iudicioꝝ substantia nō est: ut q̄ sn̄a nō  
 ferat̄ sub cōditiōe, ut prius nō pronunciet de p̄prietate q̄ de pos  
 sessione: q̄ si nō seruent, sn̄a tñ tenet. 2. q. 6. anterior. §. biduū. In  
 cā tñ strigimagaꝝ qa est cā fidei. & crimē heresis; mixtū, proce  
 ditur sūmarie simpliciter & de plano: ut supra dictū et declaratū  
 est: & semp̄ debet inquisitor & iudex in uidēdo merita p̄cessus &  
 sn̄a ferenda, adhibere peritos oīm facultatum pro uiribus. Pro  
 ferri aut̄ debet a iudice non ab alio: alioquin non tenet; item in  
 loco publico & honesto, & sedēdo. 3. q. 3. inducie. §. spaciū: & simi  
 liter de die, nō in tenebris; & sic de multis que ibi notātur. Hic ta

men fertur si iudici placet & diebus feriatis: quod ibi prohibetur  
 & similiter sine scriptura sicut in io. an. multoties sine scriptu-  
 ra teneat, maxime ubi est consuetudo loci uel fori. di. xi. consue-  
 tudinis. Iudex etiam si est eps, per alium sententiam recitare po-  
 test: instar illustrium. Lata autem sententia licet in actionibus cri-  
 minalibus executio non sit differenda. 2. q. 1. sicuti fallit tamē in  
 multis casibus: e quibus pro ista causa duos elicio: primus est si la-  
 ta est in mulierem pregnantē: quia partus expectatur. ff. de re iudi.  
 l. pregnantis: secundus cū is qui crimen cōfessus est postea negat  
 quod intellige si fuit confessus solum in loco torture uel carceris:  
 nō aliter: de quo uide. C. de custo. re. l. 2. Si autē est facta, sponte in li-  
 bertate nō metu, nō est audiēda: alioquin quilibet uicinus patibu-  
 lo se pro uoto liberaret ad tempus, & totiens quotiēs. Quod no-  
 ta: quia nunc tōte ubi est malox oium suffragiū, quidā hac ratio-  
 ne hereticum tuentur, qui confessionem spontaneā multotiens fa-  
 ctam reuocauit: isus auxilio alicuius cardinalis.

¶ Punctum secundū. Suspicio autē unde interdū sententia emer-  
 git, multis dictis absoluitur. ¶ Primū. Glo. in ca. nos in que q. 2. q.  
 1. dicit quatuor esse modos convincendi reum: aut iurē. s. instrumē-  
 tis & testibus: aut facti euidētia de cohabi. cle. tua: aut iuris inter-  
 pretatione: ut sepius citatum esse reum. 3. q. 9. decreuimus: aut suspi-  
 cione uiolenta. 32. q. 1. dixit. Canoniste uero suspicionem triphariā  
 s. m. antiqua iura diuidunt: & prima est temeraria: que in reū nihil  
 iure operatur: & de qua. 2. q. 1. nullum iudicetis suspiciōis arbitrio.  
 Secunda est probabilis: & est qñ aliquid uidetur omnibus aut plu-  
 ribus aut sapientibus (tu hic accipe prudentibus) & his aut omni-  
 bus aut plurib⁹ aut precipuis: ut patet ex diffinitione pbabilis apud  
 ari. in lib. topi. Et hec inducit purgationē canonicam. 2. q. 4. presbi-  
 ter: admittitur etiā ad semiplenam probationē de presump. i. mul-  
 tis. i. ad probationē coadiuuat, si alia adsint adminicula. Tertia ē  
 uiolenta: que condēnationem inducit: de qua illud hiero. itelligi-  
 tur. 32. q. 1. dixit uxor dimitti potest propter fornicationē aut for-  
 nicationis suspicionem. Et ista est duplex: quedam. s. iuris & de iu-  
 re: ut cum ius fingit & statuit aliquid super facto: cōtra quā proba-  
 tio non admittitur: de spō. nec qui fidem: ne luri si data fide de cō-  
 trahendo sequitur copula, m̄m̄ presumitur: quedam uero est iuris,  
 sed non

sed non de iure : ut ubi ius presumit sed non statuit : ut si uir diu  
 mulieri cohabitauit, psumitur cognouisse .27. q.1. dixit : & ptra hac  
 admittitur probatio. ¶ Secundū. Quantū uero attinet ad nostrum  
 institutū & nona iura, suspicio probabilis diuisa, tria nobis mēbra  
 parit suspicionis : q̄ sunt modica, magna, maxima. Prima. i. parua  
 in iure uocatur leuis: ut in ca. accusatus de here. li. 6. q. 1. leuibus cō  
 iecturis oriatur & parua uel modica, q̄ paruis iudiciis seu modi  
 cis constat: & pro hac puniatur strigimaga mō tñ pena relapsi. Exē  
 plum in simplici heresi: si qui occulta cōuenticula celebrāt, aut uita  
 uel moribus a cōi uita fidelium deuiant de here. excōicamus p̄  
 mo. Exemplū in heresi strigimaga: si in angulis cōuenticula cele  
 brant, aut in tēporibus anni sacrationibus in cāpis uel filiis nocte  
 uel die, aut si seorsum aliquē reperiantur nō frequētantes ex mo  
 re diuina aut modis consuetis, aut cū suspectis maleficis secretas  
 familiaritates cōtrahere: eiusmodi. n. saltem leui suspicioni de he  
 resi subiaccet: q̄pe q̄ talia crebro eiusmodi heretici faciē p̄sueuerit.  
 De hac leui suspicionē hētur. C. de here. li. 3. in fi. ubi dicitur hereti  
 corum uocabulo cōtinentur: & latis aduersus eos sententiis debēt  
 succūbere, qui uel leni argumēto a iudicio catholice religionis &  
 tramite detecti fuerint deuiare: quod dictū ho. in sum. ti. de p̄sum.  
 §. si exponit q̄ heretici leui argumēto detegunt quātū ad hoc q̄  
 suspecti habeant tñ nō debēt ut heretici h̄ri: adde tñ q̄ subiiciuntur  
 sentētiis datis p̄ leui suspiciōe, nō aliter. Secunda uero suspicio. i.  
 magna, in iure uocatur uehemēs siue fortis: de qua rursus in di.  
 ca accusatus: ubi dicitur suspicio magna & uehemēs: ubi li & non  
 copulatiue sed expositiue tenet s̄m io. an. ibi: uehemens aut idem  
 est qd̄ fortis s̄m archi. ibi: & sic d̄ q̄ nisi uehementibus & fortib⁹  
 defensionibus repellat & rursus q̄ ex uehementibus magnis & for  
 tibus pieturis emergat. Exēplū in simplici heresi: aliq̄ eos qui sciū  
 tur heretici eē occultāt, fauorē ipendūt, associāt, uisitāt, mūera of  
 ferūt, recipiūt, defēlant & eiusmōi faciūt. Et similiter cognoscunt  
 circa heresim strigimaga: eo q̄ suspicio oriat̄ q̄ p̄cipāt cū eis  
 i crimie. Et hec patēt p̄ dicta archi. in. d. ca. accusat⁹. Tertia suspicio  
 est maxia, & in iure uocat̄ uiolēta ca. cū p̄tumacia. & ca. accusatus  
 de he. li. 6. Que & sic d̄ q̄ uiolēter & cogat ad credēdū in e qua  
 cunq; tergiquetatione refellit: uel q̄ ex iudiciis & pieturis quincē  
 m m

**libus emergat. Exēplum in simplici heresi.** Siqui hereticos adora-  
 uerint. i. reuerentiā suo more exhibuerint, p̄solationē uel cōionez  
 ab eis acceperint, uel similia q̄ ad eoz ritū attinent p̄petrauntq̄  
 quādi sunt p̄ ca. filii. & p̄ ca. accusatus de here. i. 6. & p̄ no. p̄ archi.  
 super ca. quicunq̄ hereticos. & in uerbo credentes eo. ti. li. 6. cū nō  
 sit dubium eos ita facere in credentiā heretice p̄auitatis. Et in he-  
 resi strigimagarum a simili. Siqui patrant pertinētia ad ritum strigimagarum, in uerbos ut tu senties in breui quid tibi cōtinget. &  
 sequitur effectus: & similia. Et similiter in effectu: ut solo tactu in-  
 ciendo hoīem aut bestia: & eiusmodi. Hi. n. ubi laborant infamia  
 sunt cōiudi. ¶ Tertiū. Igitur suspecti de strigimaga: ū lecta triplē  
 ces seu certe tripliciter hoīes sunt: leuiter, uehementer, uolentes.  
 Et leuiter quidē, qui talia leuia seu modica peragunt, q̄ ex his le-  
 uis aut modica suspicio emergat: qui quis heretici minime habē  
 di sint. his tñ indici debet canonica purgatio: de here. excōicam<sup>o</sup>  
 primo. uel tanq̄ pro leui suspicione abiuratio ut p̄ ca. accusatus p̄  
 tet. in. 6. eo. ti. non tñ punietur ut relapsus si deinde here. sim. com-  
 mittat: ut ibi liquet. Quidā uero sunt suspecti uehementer ut dī  
 ctum est: qui licet nec sint heretici nec ut heretici dānandi: ut liq̄  
 in ca. literis. §. quocirca de presump. tñ talibus debet mādari ut ab-  
 furent uniuersaliter oēm here. sim. & p̄ ca. inter sollicitudines de pur.  
 & per capi. lras de presump. Et ex uerbis. d. cap. accusatus, patet q̄  
 post abiurationē in triplici casu p̄na relapsōz p̄lectuntur: primo  
 si relabaf i here. sz de q̄ erat suspectus uehementer. secundo si here-  
 sim in gñe abiurauit, & in aliā labitur. tertio si hereticos receprat  
 & deducit, uisitaf, associat, dona mittit. aut eis fauet. Quod si ad  
 mandatū iudicis talis abiurare recuset: quidā dicunt tradendū bra-  
 chio seculari s̄m ca. ad abolendā. §. in p̄nti. de here. quod nō bene  
 probat: q̄ nō loquit̄ de uehemēter susp̄cto sz de manifesti d. p̄e-  
 hensoriū quo agitur rigo. rosius. Vñ melius alii dicunt procedendū  
 per ca. excōicamus primo. eo. ti. §. qui uero sola. unde excōl-  
 catione p̄lecti: s̄m qua si anno integro durauit, ut hereticus dāna-  
 bitur. Quidā uero suspecti sunt uolentes: ut etiā parui: & hi ut he-  
 retici sunt habendi. Vnde si crīmen fatentur & uolunt redire, ab-  
 iurata heresi ad penitentiā admittuntur per ca. ad abolendā. & per

ca. excōitamus fecūdo. eo. ii. Si nero abjurare reculant, tradendū sunt curie seculari p. d. ca. ad abolendā. §. primo. Si autē crimē non fateatur postq̄ est conuictus nec p̄ientit abinire, est ut hereticus inpenitens p̄demnāndus p̄ ca. ad abolendā: uolenta. n. suspicio sufficit ad dānandum, & probationē in contrariū nō admittit. de presump. l. rās. & ca. afferte. ¶ Quātū. Et quā hec in simplici heresi uera sint absq̄ euidencia aut indiciis facti (sicut infra. in 6. mō sentētiandi p̄tebit: ubi q̄s ut hereticus dānat̄ ēr si i re nō sit hereticus) quāto magis circa heresiz strigimagaꝝ: ubi semp̄ cōcurr̄t aut euidens factum in pueris, hoibus uel iumentis aut indicium facti, p̄ta per instrumēta reperta. Et licet in simplici heresi penitētes & abjurantes, ad p̄niam & perpetuos carceres admittant̄: in hac t̄n heresi licet ecclesiasticus iudex ut sic recipiat ad p̄niam laicus t̄n p̄ōt̄ propter dānā forte facta. ultimo supplicio intemere.

¶ Punctum tertium. Si delatus attentis meritis cāe adhibito peritorum consilio inuentus fuerit immunis. i. nullo ex predictis modis deprehensus in heresi, nec alias de ea infamatus uel suspectus sententiandi practica. Nos enim talis episcopus aut iudex talis domini attendentes q̄ tu talis de tali loco talis diocesis fuisti nobis delatus de tali heretica prauitate: attendētes etiam illa esse talia q̄ nequibamus nec debuimus cōnientibus oculis pertransire, descendimus ad inquirendum si pred̄cta fulcirentur aliqua ueritates testes recipiendo, te examinando, & alia faciendo que decebant p̄. n. cauonicas sanctiones. Ea propter uis & diligenter examinatis omnibus actis & actitatis in hac causa: habitoq̄ peritorū in iure ac theologica facultate cōsilio, illoq̄ sepius repetito: sedentes pro tribunali more iudicis iudicantis, ac habentes pre oculis solum deū & negotii ueritatem, sacrosanctis euangeliis positis coram nobis ut de uultu dei iudicium nostrum prodeat. & oculi nostri uideāt equitatem: ad nostram diffinitiuā sententiā christi noie inuocato descēdim⁹ in hunc modū. Quia p̄ ea q̄ uidimus & aud uim⁹ & p̄ducta & oblata acta & actitata sunt coram nobis in presenti cā: nō inuenimus aliquid contra te legitime probatū esse, de his de quibus delatus fueras corā nobis: p̄nūciamus declaramus & snialiter diffinimus, contra te non esse actum legitime coram nobis, propter quod possis aut debeas ut heretic⁹ aut maleficus iudicari, aut

m m ii



de heretica prauitate aliquo modo suspectus huiusmodi quare a p[ro]f[ess]o instantia inquisitione & iudicio totaliter te relaxam[us]. Lata fuit hec sententia &c. Cauendum uero est ne in sententia delatus dicat insons uel immunis; quod non fuerit contra eum legitime probatum; quia si processu temporis ite[m] defera[n]t & legitime probat[ur], potest non obstare predicta absolutoria sententia condemnari. Nota in super eodem modo absoluendos esse si defecerant alii qui de receptatione, defensione uel alia fauore hereticorum, ubi nihil legitime probat[ur]. Et eiusmodi sententia quum sit pro delato non contra eum, diuisim fieri potest ab episcopo solo uel inquisitore solo per ca. multorum de here. in cle. & ibi glo. io. an.

¶ **¶** unctum quantum. Aliquis delatus examinato processu cum peritorum consilio inuenit de heresi diffamatus solum: quod tunc est quum nullo eisdem dictis modis est deprehensus, nec indicia aliqua uerborum aut factorum probata sunt contra illum, sed infamia sola: quam in causa heresis non refert apud bonos aut apud malos et uilissimos esse: quia a quibus potest quod legitime accusari, apud hos et potest legitime infamari: & tunc hec sit practica. Nos talis episcopus aut iudex talis domini, considerantes quod mentis processus facti pro nos contra te talis talis diocesis nobis delatum de tali heretica prauitate, diligenter discussis de peritorum consilio: non inuenimus te confessum aut quicumque de predicta labe nec alias suspectum nisi quod te repetimus legitime et ueraciter in tali loco apud bonos & malos publice diffamatum: et propter ad purgandam eiusmodi infamiam, & ut odor bonus in ceteris fidelium existat: tibi indicimus canonicam purgationem ut iuris est assignando tibi talis mensis, talis diei, talis horam in qua coram nobis personaliter appareas, ut infamiam tuam purges tanta manu uel personarum numero ordinis tui qui quidem copurgatores sint homines fidei catholici ac uita probati, & qui tuam querelationem & uitam mouerunt, non tam moderno tempore quam transactis significantes quod si in purgatione defeceris, te habemus pro conuicto: prout uolunt canonice sanctiones. Eiusmodi autem sententia auctores mallei malefic. uident uelle quod ab inquisitore sine ordinario & ecclesia ferri possint: ego puto quod non: quia est contra delatum: qui si deficiat danatur. Nec obstat si aliquo modo sit pro eo: quia odia restringi & fauores conuenit ampliari. de reg. iur. in. 6. & tanto plus quanto inquisitor pro se quidem damnat & gratulatur, iuuat autem per accidens. Et ita tenet directionem inquisitionis. Eiusmodi tamen sententiam multi tenent posse inquisitorem sine ordinario face-

ietquia aut clare est aut dubiū de iure. Et si est dubium quom in  
 quisitores possint ex privilegio interpretari ius in cā fidei, pote. ut  
 ficere eiusmodi soli. Multo aut magis si est clare ut uidetur: quia  
 in ca. ut offm̄ in. 6. hoc inquisitorib⁹ cōceditur (nulla hita mētio  
 ne de ordinario. Et cōfirmatur: quia in lris clementis, vñ illud ca.  
 sumptū est (q̄ incipiūt: l3. ex oībus) postq̄ mandatū est inquisitorib⁹  
 recipere abiurationē, statim subiungit de aliquibus q̄ non pōt in  
 quisitor solus dā subdi. f. Quod si aliqui fuerint iudicandi heretici  
 uel incarcerationis pena ppetue &c. & tūc mandat inquisitoribus  
 ut ordinarium requirāt. Quia ergo hoc eis l3 p hoc ius antiquum  
 & p nouū nō exprimit p̄uariū, tenendū est: iuxta glo. i cle. multo  
 rum .eo. ti. Nec obstat q̄ eis ibi p̄hibet snia p̄tra eos. s. hereticos  
 quia intelligit de snia dānatiua de heresi. Hec ex his. Sed primum  
 est ueritas: quia illud uerbū p̄tra corrigit antiqua iura: & hic male  
 glosaf. v̄ ide de his de pur. ca. inter sollicitudines: & nota eiusdē or  
 dinis si hñ pñs: alioquin erunt ordinis inferioris uel et laici. 24. q.  
 5. si legitimi. Nota et sui ordinis: ut si delatus est religiosus, cōpur  
 gatores religiosi sint: si clericus secularis, clerici seculares: si miles,  
 milites: sumit. n. ordo in gñe. vñ si purgat eps, admittunt nō ep̄i  
 mō, neq̄ et abbates, & religiosi p̄bri: & in aliis pari forma: de pur.  
 ca. quotiēs. Nūerus ā p̄purgantiū hodie s̄m ray. iudicis rōnabilē  
 taxatur arbitrio, oībus pensatis. Qd̄ uidetur graue: nisi utat pro  
 borum cōsilio: alioquin posset tot imponere q̄ pro uoto dānaret  
 Si autem hic delatus se purgare noluerit, excōmunicetur: & si p̄ ar  
 trum indurato animo sic steterit, extunc ut hereticus dānatur de  
 here. excōmunicamus itaq̄. §. qui aut. Si autem uoluerit quidē se  
 purgare sed nequiuert: quia quot & quales iniuncti sunt nō iuenit  
 pro conuictō hñ: & cōsequenter ut hereticus dānatur: de here. excō  
 municamus primo. §. addicimus. & de pur. ca. cū dilectus. Si uero  
 se purgare & uoluerit & potuerit: colligitur de pur. ca. quotiēs.  
 §. porro & ca. accepimus. hec erit practica. In termino & loco sta  
 tuto in quo scilicet est infamatus, purgandus cū suis coniurato  
 ribus coram episcopo & inquisitore personaliter comparebit &  
 manu super libro euangeliorum posita, sic exordietur. Ego iuro  
 super ista quatuor euangelia sancta dei q̄ heresim talem (eam ex  
 primendo) de qua sum infamatus nunq̄ tenui nec credidi, nec do

tui nec credo nec teneo. Quo facto oēs purgatores ponēt manū super euāgelioꝝ libros: & quisq; eorū sic dicet: ego iuro sup ista scā dei euāgelia, q̄ credo ip̄m uerū iurasse: & tūc est canonicē purgatus. Si aut̄ in pluribus locis fuerit infamatus: iniungat̄ ut in oībus publice fidē catholicā p̄stet, & heresiz de q̄ infamatus est detestetur de par. ca. inter sollicitudines. Nec p̄tēnat sic purgatus: quia si dem de lab. f. in heresim iam purgatū, pro relapso iudicat̄ & tradit̄ curie seculari: de here. excōmunicamus primo. §. addicimus. & capi. ad abolē iam. §. illos quoq;.

